



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Jacobi Alvarez de Paz Opera

De Vita Spirituali, Eivsque Perfectione - Libri quinque

Álvarez de Paz, Jacobo

Lvgdvni, 1611

Pars II. de triplici vita spirituali, Sacris literis adumbrata.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-77833](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-77833)

Climac.
gradu 1.

adeptione, consistit, assequeris. Et ne putes te verum A esse religiosum, nisi hæc quæ diximus fugiens, quotidianie opus operi, virtute in virtuti, & feruorem feruori adiciere studeas. Ut enim verissime dixit Ioannes Climacus Ille est fidelis, & prudens monachus, qui feruorem suum seruauit inextinguibilem, & in

dies vsque ad finem vitæ suæ, ignem igni adicere, feruorem feruori, desiderium desiderio, ac studium studio numquam desinit.] Si huius spiritualis occupationis obliuisceris, & rebus sæcularibus & prophanis inhæres, te ipsum lædis, & falsi religiosi, & viri spiritualis nomen vsurpas.



PARS SECVNDA

De Triplici vita spirituali sacris literis adumbrata.

Priusquam tres vitas spirituales tranſcendendas aggrediar, visum est mihi plures earum imagines sacris literis contentas præmittere, & mysticis expositionibus illustrare quæ ad sequentem tractationem ianuam aperiant. Res aliquantulum curiosa est sed non inutilis, neque à desiderio virorum spiritualium aliena, in qua sub historiarum Sanctarum inuolueris intelligent, quod diuersi Ecclesie status, ac professiones contineant.

De triplici vita spirituali, actiua, contemplatiua, & mixta.

CAPVT XIII.



Vi vitam spiritualemente profitentur, cuius naturam, gradusque descripsimus; tribus modis creatori famulari, & in cœlestem patriam præparare festinant. Aut enim in externis se exercet actionibus, aut internis animi studiis occupantur; aut simul exteriora virtutum opera, & interiores functiones mentis, tota auiditate suscipiunt. Horum viuendi modorum quodam loco meminit Augustinus, in hunc modum scribens: In tribus quoque illis vitæ generibus, vno scilicet non segniter, sed in contemplatione, vel inquisitione veritatis otioso, altero in gerendis rebus humanis negotioso, tertio ex utroque genere temperato: Cum quaeritur quid horum sit potius eligendum, non finis boni habet controuersiam, sed quid horum trium difficultatem, vel facilitatem afferat, ad consequendum, vel retinendum finem boni in ista questione versatur.] Et rursus alio loco: Ex tribus verò illis vitæ generibus, otioso, actiuo, & ex utroque composito, quamuis salua fide, quisque possit in quolibet eorum vitæ ducere, & ad sempiterna præmia peruenire; interest tamen quid amore teneat veritatis, quid officio charitatis impedit.] Ex his ergo tribus bene, studiosèque viuendi rationibus, tres sunt vitæ spirituales exortæ: actiua, contemplatiua, & mixta. sub studiosa, atque spirituali vita contentæ. Actiua (vt eas breuiter exponamus) est, quæ externas virtutis occupationes tractat. Contemplatiua, quæ contemplationi diuinorum intendit: Mixta, quæ neque actione sola, neque contemplatione contenta in utroque studio pari cura, ac diligentia versatur.

Harum trium vitarum, actiua videtur secundior: contemplatiua formosior: mixta felicior. Prima est laboriosior: secunda quietior: tertia robustior. Altera vtilior: altera iucundior: tertia præstantior. Denique in actiua incipimus: in contemplatiua proficimus: in mixta perficimur, atque consummamur. Et omnis, qui perpetuam felicitatem assequi cupit in aliquo huius triplicis vitæ debet studio occupari;

A vt scilicet vel bona actio eum teneat, vel contemplatio distineat, vel actionis, contemplationisque vicissitudo deleat. Quare volentibus cum Mose, & veris Israëlitis tenebras Egypti, id est, peccata deserere, & in terram viuentium iustis promissam conuolare, illud Exodi est sine vlla cunctatione dicendum. Dominus Deus Hebræorum vocauit nos, ibimus viam trium dierum in solitudinem, vt in molem Domino Deo nostro. Via trium dierum illis consocienda est, vt nimirum ingrediantur virtutis actionem, vel veritatis contemplationem, vel tam actionis, quam contemplationis studium, atque laborem. Aliqua namque istarum viarum necessaria est, vt quis possit, vel ab Egypto peccatorum discedere, vel ad præmium æternum peruenire. Et ideo etiam Angelus apud Ezechielem mensus est latitudinem portæ templi trium cubitorum hinc, & trium cubitorum inde, quia videlicet cœlestem patriam, non nisi per sanctæ Trinitatis fidem ingredimur, & per tres istas vitas, tamquam per portam trium cubitorum intramus. Tertia quoque pars terræ in Apocalypsi comburitur, & tertia pars arborum concrematur, & duæ partes Domino illæ servantur, quia nimirum actiui, & contemplatiui, (atque aded ex utraque vita compositi, qui non debent ab illis merito & actione secerni) in sorte Domini ponendi sunt: Qui verò nullam istarum vitarum exercet, in parte Diaboli numerandi. Vnde magnus cōtemplator Richardus: Duæ hominum partes (ait) sunt Dei, actiui scilicet, & contemplatiui, imperfecti, & perfecti, minores, & maiores. Istas duas partes Deus sibi assumit, quia pusillus cum maioribus benedixit. Tertia pars, quæ est malorum, Diabolo relicta est, & fracta gradine, & igne commixta in sanguine, duabus, quæ Dei sunt, illis permanentibus, combusta est.] Itaque sicentes in vitam beatam conscendere, quicumque illi sint, siue religiosi, siue sæculares, debet aut actiones virtutum exteriores colere, aut cōtemplationis iter arripere, aut simul vtrumque opus in vnam viuendi rationem copulare, quia in istis viuendi modis, solum, vel in aliquo illorum Domini mandata seruantur, & extra illos, nullo pacto valet quisquam, aut diuinam legem seruare, aut Prælatorum scita custodire. Qui autem præcepta Domini, & Ecclesie, ac Prælatorum, qui eius personam agunt, mandata nõ

seruat,

Aug. 19.
de ciuita.
c. 2.

Ibi. c. 19.

Exod. 3.
18.

Ezechiel.
40. 48.

Apocal. 8.
7.

Richard. 3. in Apo.
cal. c. 2.

seruat, minime poterit vitam æternam adipisci.

Cum autem hæc ita sint, manifestum est, tres istas vitas, ad omnes homines, tam seculares, quam religiosos pertinere; nullumque esse recte, & secundum præceptum rationis viuentem, qui earum aliquam non sequatur. Sed necesse quoniam modo, magis proprie in religiosos quadrat, ac peculiariter eorum congregationibus, caribusque conveniunt. Seculares enim in duas classes, siue in duos ordines libet redigere: alterum eorum, qui vitam voluptuosam, aut ambitiosam, & vitiiis, ac cupiditatibus dedita agunt: alterum verò illorum, qui diuina mandata custodiunt, & virtutem amates puritati cordis inseruiunt. Et illis quidem cum tribus spiritualibus vitis, nihil commune est, cum non spiritualiter, sed carnaliter viuant, non virtutum itinera, sed vitiorum precipitia sectentur. Nam qui aliquam vitam spirituales amplectendam suscipiunt, Domino suis operibus obsequuntur, illius famuli sunt, adeo, vt possint cum magna fiducia dicere: Tuus sum ego, saluum me fac, quoniam iustificaciones tuas exquiliui.] Qui verò vitis, & peccatis se tradant, non Domino seruiunt, sed Diabolo famulantur; imò quot sunt vitia ab ipsis amata, tot implacabilibus heris se subiiciunt. Egrege enim dixit Ambrosius: Non potest dicere secularis (& loquitur de eo, qui vitiose viuunt) Tuus sum, plures enim dominos habet. Venit libido, & dicit, meus es. quia ea, quæ sunt corporis concupiscis, in illius adolescentulæ amore te mihi vendidisti, in illius concubitu meretricis pretium pro te annumerasti. Venit auaritia, & dicit, argentum, & aurum, quod habes, seruitutis tuæ pretium est; possessio, quam tenes, iuris tui emptio, venditio libertatis tuæ est. Venit luxuria & dicit; meus es, vnus diei conuiuium pretium tuæ vitæ est, ille sumptus epularum, tui capitis licitatio, tui est summa contractus; & quod peius est, caro emptus es pretio, vilior cibo es tuo, pretiosior est vnus diei mensa tua, quam totius temporis vita: Inter calices te redemi, inter epulas acquisisti. Venit ambitio, & dicit tibi; plane meus es, necis, quòd ideo imperare aliis te feci, vt mihi ipse seruires; Necis, quòd ideo potestatem in te contuli, vt meæ te subiicerem potestati: An ignoras ipsi Domino saluatori dictum esse ab huius mundi principe cum ei ostendisset omnia regna mundi: Hæc omnia tibi dabo, si procidens adoraueris me:] Antè ergo ipse subiicitur, qui alios vult habere subiectos. Veniunt omnia vitia, & singula dicunt: meus es. Quem tanti competit, quam vile mancipium est: Quo modo ergo tu, qui huiusmodi es, potes Christo dicere: Tuus sum? Respondebit tibi ille: Non quicumque dicit mihi, Domine, Domine, intrabit in regnum caelorum; non quicumque dicit; Tuus sum, meus est.] Qui ita se à vero omnium Domino subtrahit, & in tot falsorum dominorum se redigunt potestatem, nullam vitam earum proficiunt, quibus homines saluti animæ consulunt, & soli Domino famulantur. Cum autem isti sint innumerabiles: Nam stultorum infinitus est numerus] maior mundi pars vitam spirituales non agnoscit, & ab his tribus vitis, atque itineribus æternitatis est prorsus aliena.

Alij verò seculares, qui recte viuunt, & præceptis Dei, & Ecclesie se subdunt, aut vitam in actione positam, aut in contemplatione constitutam, aut in utraque simul functione occupatam sequuntur. Hoc certum est, sed nullam vitam istarum cum ea perfectione exercere possunt, quam ceteri religiosi custodiunt. Primum quidem, quoniam viuentes in seculo, propria voluntate instigante, hunc, aut illum viuendi modum assumunt, religiosi verò, obedientia, & iussu

A prælati mouente, aliquam viuendi rationem istarum accipiunt. Deinde quoniam illi ex ratione proprii status, neque ad vitam actiuam, neque ad contemplatiuam, neque ad mixtam obligantur. Nullus enim secularis statum habet, id est, vitæ firmitatem voto, & solemnitare stabilitam, atque ad perfectionem externam obligatam, si tamen Episcopos excipiamus, qui in seculo vitam agentes statum habent (vt Angelicus doctor affirmauit) religiosorum statu perfectiorem. Quare seculares possunt exercitia mutare, & ab actione ad contemplationem, & ab hac ad vtriusque sequelam transire. At religiosi ex natura proprii status, quem seculo renunciantes acceperunt, aliquam vitam trium istarum colunt. Nam status religionis, ad Dei & proximi dilectionem, tamquam ad finem ordinatur, per opera alicuius ex tribus istis vitis consequendum, ex quibus (vt ipse beatus Thomas ait) oritur religionum diuersitas. Quia nimirum hæc ad opera vitæ actiuæ; illa ad opera vitæ contemplatiuæ; alia verò ad opera vitæ mixtæ est instituta. Et quia religio actiuæ, non omnes actiones vitæ actiuæ exercet, & similiter religio contemplatiuæ, aut mixtæ, non omnes functiones vitæ contemplatiuæ, aut mixtæ tractat: hinc ortum habet, vt multæ, ac distincte esse possint religiones actiuæ, quarum vna huic generi actionis, alia verò alteri insitit: & idem de religionibus contemplatiuis, aut mixtis est sine vlla dubitatione dicendum. Atque adeo religiosi non possunt exercitia omnino mutare, neque in canobium ab eo, qui regula statutus est, nouum viuendi modum inferre.

B Præterea, viuentes in seculo, vitam, cuius studio occupantur, non semel inutilibus actionibus interrumpunt, aut in suis bonis actibus, ad propriam commoditatem tantum aspirantes, & nullum altiorum finem diuini obsequij quærentes, vix actiuæ vitæ naturam substantiamque conseruant. Nam cum sint in medio nationis prauæ, & peruersæ, hoc est, inter eos, qui innumeris peccatis se tradit, & in distortos fines suas omnes actiones referunt, difficile est horum exemplis non infici, & inter illos in cura diuitiarum, & honorum, diuinum beneplacitum quærere, & non inanem gloriam, superbiam, & ambitionem aucupari. Quam difficultatem, vt sacra Scriptura declararet, sancti Iob patriam exquisitè descripsit, dicens: Vir erat in terra Hus nomine Iob.] Vt hoc eius laudibus proficiat (inquit Gregorius) quòd bonus inter malos fuit. Neque enim valde laudabile est, bonum esse cum bonis, sed bonum esse cum malis, sicut enim grauioris culpæ est inter bonos, bonum non esse, ita immensi est præconij bonum etiam inter malos extitisse.] Qui ad eandem laudem pertinere ait, quòd idem sanctus Patriarcha alio loco dixit: Frater sui draconum, & socius struthionum.] Et quòd Petrus de iusto Loth, dixit: Eum Sodomorum operibus cruciari.] Et Dominus Angelo Ecclesie Pergamensis ait: Quis vbi habitas, vbi sedes est Sathanæ, & tenes nomen meum, & non negasti fidem meam.] Atque ipsius dilectæ sponsæ suæ hæc laudationem tribuit: Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.] Isti omnes Spiritus sancti ore laudantur, quia inter malos innocenter vixerunt, & à recto virtutis tramite in peccata non declinauerunt, vt conperitum sit, valde esse difficile inter malorum turbas, iniquitatem nõ discere, & picem tangere, atque eius atrore non inquinari. Vnde Laurentius Iulianus optime ait: Hinc secularium, quam periculosa sit vita percipitur, quorum conuersatio socialis, est cum peccatoribus cupidis, elatis, incompolitis, & mo-

C ribus

D. Tho. 2. 2. q. 184. art. 5. o. 8.

D. Tho. 2. 2. q. 188. art. 1.

Iob. 1. 1.

Gregor. 1. mor. c. 1.

Iob. 30. 29.

1. Petr. 2. 7.

Apo. 2. 13.

Col. 2. 2.

Iust. de compun. etone, et compl. in geant. finem.

Psal. 118. 94.

Ambros. in psal. 118.

ad. 3.

echiel. 48.

cal. 8.

Matt. 4. 9.

Matt. 7. 21.

har. li. n. apo. c. 2.

Eccles. 1. 15.

Sapi. 2. 6.

ribus effrenatis. Undique illis offeruntur scandala, & scelerum materia, quæ vix à spiritualibus, & perfectis declinari valent. O quam sapissimè cadunt ut debiles, & cæci; ò quam frequenter ab extraneis peccata discunt quæ ignorabant? Malitiosi efficiuntur, impudici, & discolori suasionè, ac familiaritate delinquentium. Vicissim sibi parant laqueos, & mutua exhortatione loquuntur. Venite, fruamur bonis, quæ sunt] & cætera. Sed vitam religiosam amplectentes, his omnibus periculis sunt admodum expediti. Non permittuntur illis occupationes, quæ vitam spiritualem, quam sequuntur, inturbent; non occurrunt distorti fines, qui bona opera inficiant, non exempla prauorum, quæ malum persuadeant. Breuiter, inter bonos viuunt, & vitam habent in Deum tendentem, in perfectionem ordinatam, & quadam bonorum operum continuatione contextam.

Tandem in sæculo nullus ferè inter istas vitas ordo seruatur, & pauci sunt admodum, qui ab vna ad aliam ordinatè conscendant, quia plurimi seculares, aut in actiua vita semper manèt, aut infirmo, & non satis solido fundamento, orationis ædificationè incipiunt, aut animarum curam onusque suscipiunt. At in religione magnus est istarum trium vitarum ordo, ac dispositio; & qualibet illarum aliquid vitæ religiosæ tempus sibi vindicat, & tanquam proprium, ac sui studio consecratū exposcit. Quemadmodum enim in scientiarum scholis spatia temporū sunt inter disciplinas distributa, ita ut primi anni Grammaticæ, sequentes eloquentiæ, & deinde alij philosophiæ, alij iuris peritiæ, aut Theologiæ designentur. Et erraret ille, non sine magna iactura, qui aut ordinem disciplinarū inuertet, aut eodè tempore in omnium studium incurreret: Ita in schola religionis tēpora sunt inter istas tres vitas distributa, ut quis ordinem tenens in earum adeptione, eundat tandē in vnaquaque perfectus. Et sicut non omnia reipublicæ munera omnibus congruūt, sed hæc nobilibus, & viris illustribus, illa communibus ciuibus, alia verò plebi conueniant, & infimæ multitudinis, ita in religione nō omnes religiosi tres prædictas vitas arripiūt, sed quidam actiuā, alij contemplatiuam: alij ex vtraque militam profitentur. Actiua vita propria est nouitiorum, & eorum fratrum, qui vacant obsequiis temporalibus. Contemplatiua est, non solum illorum, qui in solitudinibus commorantur, sed & eorum, qui scientias religioso statui congruas addiscunt, ut ad proximos iuadōs efficiantur idonei. Milita est, prælatorum, atq; eorum, qui iam ad sacerdotalem gradum euecti, in proximorum salutem incumbunt. Quemadmodū enim in collegio Christi fuere diaconi, qui post eius ascensum in cœlum, temporalia curabant, & discipuli, qui doctrinam de cœlo allatam percipiebant: & Apostoli, quorum munus erat, doctrinam (qua iam erant imbuti) seminare, & gentes in Dei cultum, & cognitionem adducere: sic in religionibus, quæ nihil aliud sunt nisi Christi collegia, ab ipso instituta, & per aliquos insignes seruos fundata, & gubernata; tria ista inueniuntur hominum genera: quorum primum actiuæ vitæ; secundum verò contemplatiuæ; tertium autem vitæ mixtæ leges obseruat. Ista ergo vitæ sub spirituali atque studiosa vita comprehensæ videntur in cætu religiosorum demigrasse, atque ibi domicilium pacatū inuenisse. Quia igitur vniuersæ actiones religiosæ his tribus vitis continentur, necessarium est earum vitarum naturā, finem, & actus explicare: ut quisq; religiosus sciat suo muneri satisfacere, & modo viuendi sibi proprio operam dare. Sed antequam tractationem istam exquisitiùs aggrediamur, libet ha-

rum trium vitarum imagines à Domino in Scripturis sanctis delineatas, breuiter declarare, ut ex typo veritatem, ex vmbra substantiam, atque ex imagine, instituti nostri pulchritudinem agnoscamus.

De prima imagine vitæ actiuæ, & contemplatiuæ.

CAPVT XIII.

REX pulcherrimam virginem, quam duxit uxorem, impensè amans, aut filium, quem genuit, tenerrimè diligens, & omnibus amore suum testatum esse volens, iubet eius imaginem in præcipuo loco aulae regie depingi, quo vniuersis ingredientibus pateat, se illius amore teneri, nimisque cupere summis honoribus cumulari. Hanc idololatriæ causam fuisse Sapientiæ liber manifestè testatur. Acerbo enim luctu (ait) dolens pater, citò sibi rapti filij fecit imaginem, & illum, qui tunc quasi homo mortuus fuerat, nunc tanquam Deum colere cepit.] O magna generis humani calamitas! amoris signa transtulit in incitamenta peccati, & quod primò charitati seruiebat, fecit, ut tātæ Dei iniuriæ deseruiret. Sed satis sit nobis hunc esse hominū morem, internum mentis amorè imaginibus eorum, quos amat, ostendere, & quod intus in corde latet, his externis insignibus demonstrare. Sic ergo Dominus quanto amore istas tres vitas spirituales complectatur, hac ratione nobis manifestare decreuit, eas in editissimo loco Ecclesiæ suæ, hoc est, in Scriptura sancta, non semel, sed sæpe depingens, ut omnes hanc regiam aulam ingredientibus, & egredientibus, passim eas iponas valde formosas videant, quas omnium Dominus diligit, illasque sibi amore coniungere & obsequiis nitantur copulare. Has ergo imagines contemplantur nunc, & ipsarum pulchritudine interiores animæ sensus oblectemus. Et sanè duas primas vitæ actiuam, & contemplatiuam, tanquam sorores, charissimas, & in vita mixta insolubili nexu copulatas, vna semper litera sacra præsignant. Ipsarum fuere imagines, quatuor paria feminarū, quæ suis moribus, operibus, votis, harum vitarum naturas, & actiones expresserunt.

Primum par est duarum filiarum Saul, quas ex Achinoam uxore suscepit. Et nomina (inquit Scriptura) duarum filiarum eius (scilicet Saul) nomen primogenitæ Merob, & nomen minoris Michol. Has duas sorores vitam actiuam, & contemplatiuam expressisse, Magnus Gregorius his verbis explicuit. Si quis autem velit per primogenitam filiā, contemplatiuam vitam; per minorem, actiuam potest accipere. Et tunc quidem Merob de multitudine dicitur, quia multitudinis turbas deserit, & ad rariorem numerum, in contemplatione, perfectorum venit. Non ergo multitudo, sed de multitudine esse dicitur, ut non hi, cum quibus est, sed vnde venerat agnoscatur. Michol verò ex omnibus dicitur, ut in actiua vita, vniuersalis vita sanctæ Ecclesiæ designetur. In actiua etenim vita etiam illi sunt prius, qui postea ad contemplatiuam secretū transeunt: sed in contemplatiua remotione exterioris vitæ solitudine grauati non sunt. Illa ergo de multitudine; ista verò de omnibus dici potest, quia actiua vita omnes continet, cōtemplatiua omnium conspectum declinat, ut se conspectu mentis cœlestibus iungat.]

Oculos igitur primò in has imagines intenda-

mus,

Sap. 14.
15.

1. Reg. 14.
49.

Greg. lib.
1. in 1. Reg.
ad c. 14.
non longe à fine.

Beda in
ea. pos. non
Hebraeor.

1. Reg. 18.
28. & 28.

ibidē 27.

1. Reg.
19. 13.

1. Reg. 21.
44.
2. Reg. 3.
13. 14.
15.

2. Reg. 6.
20.

2. Reg.
21. 9.

mus, & statim ex eis, vita actiua & contemplatiua proprietates eliciemus. Itē fœminæ sorores sūt, filie regis sūt, quas Achinoā vxor sibi genuit. Maior scilicet Merob, de multitudine exponitur, & minor, nēpe Michol (vt ait Beda) aqua omnis interpretatur, illa Dauidi promissa est, sed numquā data, hæc primū quidem promittitur, deinde conceditur. Michol Dauidem exoptat, eum ante inīum cōiugium amat, & post cōiugium celebratū in amore perseuerat. Nam dilexit Dauid (inquit Scriptura) Michol filia Saul altera.] Et postea: Dedit itaque Saul ei, nimirum Dauidi. Michol filia suam, vxorem, Michol autē filia Saul diligebat eum.] Dauid verō huic sponsæ suæ amori gratus existens, eam non gratis accipit, non centum præputiis incircumcisorum comparat, quæ sibi fuerunt à socero postulara, sed pretium auget & adiungit eam sibi ducentis præputiis Philistinorum. Et percussit ex Philistiim (ait) ducentos viros, & attulit eorum præputia & annumerauit ea regi, vt esset gener eius. Hæc sponsa est, quæ Dauidem sponsum suū posito super lectulū simulachro morti eripit, & depositum per fenestram abire cōcedit. Hæc est, quam Saul post multos annos à proprio viro separat, & viro alteri tradit, scilicet, Phalti filio Laïs, qui erat de Gallim: à quo tādē Dauid eam, non ferro, sed precibus, puram & illibatam recuperat. Et vt sæculi instabilitatem videamus, hæc tandem est, quæ Dauidem sibi dilectum irridet, atque subsannat, dicens illi: Quam gloriosus fuit hodie rex Israël, discooperiens se ante ancillas seruorum suorum, & nudatus est, quasi nudetur vnus de scurris.] Huius autem irrisionis grauissimas pœnas exsoluit. Nam & malo sterilitatis multatur, quia non est ei natus filius vsque in diem mortis suæ, & quinque filios fororis suæ, quos, vt ignominia sterilitatis leuaret, ipsa adoptauerat, atque nutrierat, suis oculis conspexit occisos. Nam cum duobus filiis Respha, quos peperit Sauli, Armoni, & Miphiboseth, ceciderunt in diebus messis primis incipiente messione hordei.

Comminuimus testam, accipiamus & nucleum, narrauimus historiam, audiamus mysterium. Duæ vitæ, actiua & contemplatiua, quas prædictæ fœminæ filia Saulis representant, sorores sunt, quia ab eisdem parentibus genitæ, quia moribus similes, quia operibus, & voluntate concordæ. Vnum patrem, & vnā matrem agnosunt, quia à Deo inspiratæ, & à bona voluntate spiritui gratiæ fecundatæ generantur. Similes sunt, quoniam idem habent principium, scilicet diuinum præsidium, in eundem tendunt finem, nam in vitam æternam diriguntur. Idem quodammodo opus exercent, quia altera operando, altera contemplando, non aliud quàm Deo placere, & obsequi student. Magna pollent operum, voluntatūque concordia, quoniam mutuo se iuuant: Contemplatiua actiuam dirigit, & actiua contemplatiuam accendit. Ista vitam humanam conseruat, illa vitæ spiritualis meritum, atque feruorem: Nam sine bonis operibus humana vita in ferinam & bestialem vertitur, & sine contemplatione futurorum spiritualis vita in mundanam, & carnalem commutatur. Illa facit, si decepta non est, vt actiui contemplatiuos honorent, ista efficit, si non est illusa, vt contemplatiui actiuos suspiciant. Quarum idem est pater, eadem est mater, quarum tanta est similitudo, tanta conspiratio, atque consensus, non dubium, quin merito sorores vocentur. Filia quoque regis sunt, siue quia Deum regem regum patrē appellant, siue quia cultores suos in hac vita super cordis affectus regnare faciūt, & in futura regalibus fertis cōtonant, siue quia regio, & planē cælestes

A filios parturiunt. Nam illa (vt inquit Gregorius) parit multitudinem bonorum operum: Ista verò inter-
norum pulchritudinem gaudiorum.

Contemplatiua in Merob maiore, actiua in Michol minore sorore signatur. Merob enim, de multitudine dicitur, & vita cōtemplatiua de multitudine, ac turba hominum extracta est, quia, vt Deo vacet, turbas populorū declinat. Et Michol, omnis aqua exponitur, eò quod actiua vita Deo placere cupiens omnium bonarum actionum labores, & curas exoptat. Contemplatiua vita maior est, non solum ætate, sed etiam præstantia, & dignitate. Maior quidem est ætate: quoniam prius cepit, & cor humanū suis operationibus occupauit. Primus enim parēs in humane conditionis exordio ante præcepti transgressionem, Deum contemplatus est, & in consideratione diuinorum mysteriorū extasim passus; post transgressum verò præceptum, laborare cepit, atque in pœnam commissi delicti hanc vocem audiuit. In sudore vultus tui vesceris pane tuo.] Est etiam dignitate præstantior, quoniam, & Deo propinquior est, & nobilioribus insitit actionibus. Optime enim dixit Hieronymus: Sed tamen quantum superexcellat serenitas tranquille vitæ, turbulentiæ secularis cōuersationis, nouit qui hanc expertus est, & dominicum iudicium in Euāgelio inter duas mulieres cernit, ad Martham dicens: Martha, Martha sollicita es, & turbaris erga plurima, Maria optimam partē elegit, quæ non auferetur ab ea.] Et Beatus Dauid solū hoc necessarium homini esse definiens, Deo iugiter adherere desiderat, dicens: Mihi autem adherere Deo bonum est, ponere in Domino Deo spem meam.] Et alibi: Vnam petij à Domino,] &c. Vna ergo, & sola est Theorica, id est, cōtemplatio Dei, cui meritò omnia iustificationum merita, vniuersa virtutum studia postponuntur. Actiua etenim vita cum corpore deficit: Contemplatiua autem vita, hic incipitur, vt in cælesti patria perficiatur, quia amoris ignis, qui hic ardere inchoat, cum ipsum, quæ amat viderit, in amore eius amplius ignescit.] Iure itaque optimo contemplatiua vita in Merob filia Saul maiore signatur, quæ omnibus modis maior est, siue tempus consideres, siue opus animaduertas, siue tranquillitatem, sanitatēque respicias.

C Merob maior promissa est, & non data, Michol verò minor, & oblata, & à Dauidē in vxorem accepta. Et similiter nobis, qui curam aliorū suscepimus (quod non sine magno ætate scribo) aut defectibus nostris exigētibz (quod frequētius est) aut Deo propter aliorum bonū ita disponente, perfectio cōtemplationis denegatur, & actionis molestia, ac labor ingeritur. Quod Gregorius explicare nō omisit. Quæ profectū (id est Merob, inquit) in cōiugium Dauid dare promisit, sed ei minorem dedit, quia nonnulli cōtemplatiuæ vitæ pulchritudinē diligūt, ad cuius amplexus accedere nequaquā permittitur. Quia enim regēdi fidelibus gregibus foris necessarij sunt, summus rex sic ordinat, vt Michol minorem accipiat, & Merob maiorem numquam comprehendant.] Promissa est nobis cōtemplatiua vita, qua eam instituti nostri partem esse cognoscimus, ueque ad rem inaccessā aut impossibilē vocati sumus, aliquos eius paruulos haustus accepimus, sed numquā ad satietatē ista aqua bibitur, nūquā in spōsam hæc pulchra virgo cōceditur. O quoties incipio, & non perficio, vido, & nō amplector, curro, & nō apprehēdo, o quoties volo, & fortassis omnia ad nuptias parata sunt, sed, aut necessitatibus corporis, aut proximorū profectibus interpellor: O quoties dico, lectulus noster floridus, & respōdetur mihi. Ego flos cāpi & lilium

D

E

Greg. lib.
5. in 1.
Reg. ad c.
14.

Gen. 3. 1
9.

Hier. in
Thren. c.
3. illud.
Bonum est
viro, &c.
Luc. 10.
41.

Psal. 72.
28.
Psal. 26.
4.

Greg. lib.
5. in 1.
Reg. ad c.
14.

Cant. 10.
17.
Cant. 2.
1.

Reg. 14.
lib.
1. Reg.
c. 14.
lon-
sine.

Cant. 1.7.

Bern. ser.
41. in cõt.Iob. 20.
18.Ipsa 3.
10.Sapient. 10.
9.Iob. 28.
28.Ezech. 9.
4.

conuallium : ostendo lectum, & vocor ad campum, ad laborem prouocor, ad externam bonorum operum sollicitudinem ire compellor. O quotis ardeter inquiri, vbi dilectus pascat, vbi cubet in meridie, ne vagari incipiam post greges fodalium suorũ,] & non huius, quod optabam notitiam, sed murenulas aureas vermiculatas argento, id est, nitore eloquij, quo alios docere possim, accipio. Vide (inquit Bernardus) quomodo illa, scilicet sponsa, aliud cupit, & aliud accipit, & nitenti ad contemplationis quiete, labor prædicationis imponitur, & sitienti spõsi presentiam, filiorum sponsi pariendoram, alendorumque sollicitudo iniungitur.] In nobis voluntas Dei fiat, Domini beneplacitũ impleatur. Michol, id est, vitam actiuam in spõsam accipiamus, laboribus, & curis aliorum collum supponamus, & interim Merob, id est, vitam cõtemplatiuam, aut cursum amplectamur, aut desiderijs, & gemitibus postulemus. Certi tamẽ sumus, quod si Saul promissis nõ stetit, & filiam maiorem, quam Dauidi pollicitus erat, denegauit: sed Dominus, qui fidelis est, licet tranquillitatem contemplationis differat, non tamen in perpetuum submouebit.

Vita ergo actiua est, quæ nobis primum copulatur, & in spirituale coniugium offertur. Hęc nos ante ingressum religionis amauit, quia orationis rudes, & rerum spiritualium imperitos, tantũ bonorũ operum aliquali cognitione, & desiderio, ad statũ religiosum arripiendum allexit. Et post religionis ingressum, etiam in amore persisit, quonia nos sibi operatione iunctos tenet, & licet optantes, & nitentes à suis laboribus discedere, non permittit. Cui profectò vicem amoris repẽdimus: neque enim sola præceptorum, & regularum custodia, quæ à Domino fuit nobis iniuncta, sed aliorum bonorũ operum minimè debitorũ, exercitatione, eius perseuerantiam conamur emere, & perfectionem comparare. Nam sicut malus, iniustitias inuentionibus peccatorum ad fastigium malitiæ peruenit, vt mala sine fine sustineat, secundum illud Iob: Iuxta multitudinem adinventionum suarum, sic sustinebit: Ita iustus in iustis inuentionibus bonorum operum, ad bonæ vitæ perfectionem ascendit, vt cumularissimum præmium accipiat, & (vt est apud Isaiam) fructum adinventionum suarum comedat.] Huius vitæ beneficio à morte æterna liberamur, nam ille hanc mortem effugit, qui bonorum operum exercitijs incumbit. Sapientia namque hos, qui se obseruant à doloribus, id est, à peccatis, liberauit. Quæ sapientia, nihil aliud profectò est, nisi peccatorũ declinatio, & bonorum operum confectatio: dicere Spiritu Dei: Ecce timor Domini, ipsa est sapientia, & recedere à malo intelligentia.

Sed quid erit, quodd ficto per hanc nostram spõsam simulachro, & super lectulum posito, mortem effugimus, nisi quodd paulatim in cubili cordis iteratione bonorum operum veri Dauidis, scilicet Christi, ducis nostri imaginem fingit, quæ a insigniti, eius membra agnoscimur, dono charitatis capiti vnita, ne cum membris aridis, & putridis pereamus? Hoc sanè simulachrum non est ab illo signo diuersum, quod Dominus præcipit in frontibus iustorum inscribi. Signa Thau (inquit per Ezechielem) super frontes virorum gentium, & dolentium super cunctis abominationibus, quæ fiunt in medio eius.] Qui namque sunt isti gementes, & dolentes nisi actiui, qui piè gemunt sub onere bonæ actionis, & dolent super minimis defectibus, quos inter bona etiam opera vitare non possunt? Isti autem Thau, hoc est, cruce Christi, & imitatione laborũ eius

A signati sunt, ne in postremo die æterna morte feriatur. Vita ergo actiua est, quæ Christi imagine per imitationem cordibus nostris impressa, morte nos eximit, quam hostes humani generis inferre decreuerant, si dormientes, aut oscitantes, & bonæ actionis vacuos inuenissent.

Aliquando verò contingit, vt vitæ actiue actio inuidorum opera à iusto tollatur. Solent enim isti, quem viderint in via Dei prosperè currere, ita obmurmurationibus impetere, & persecutionibus affligere, vt rationi consonum ducat se subducere, vxorem ad tempus deserere, & à bono opere consueto cessare. Illudque Dauidis vsurpat: Posui ori meo custodiam, cum consisteret peccator aduersum me, obmutui, & humiliatus sum, & filui à bonis, & dolor meus renouatus est.] Quia dum mali eum persequuntur, non solum in patientia, & tranquillitate se continet, verum etiam, ministerium prædicationis deserens, & bona opera, quibus proximis iuuabat omittens, ori suo silentium imponit. Tunc dolor intus renouatur, quia anima conspicit se à bonis actionibus impediri, & incalescente corde igne charitatis, & zelo honoris diuini precibus ardentè fuis, hostes fugat, ora obloquium obturat, tempestatem sedat, & ad vitam in sancta actione positam iterum redire festinat. Et illam Domini laudationem in seipso experitur: Non enim delectaris in perditionibus nostris, quia post tempestatem, tranquillum facis, & post lachrymationem & fletum exultationem infundis.] Hoc est vxorem alteri datam repetere, & fidelem confortem, quæ vitam animæ antea seruauerat, recuperare.

Si verò vita ista bonis operibus insolescat, & Dauidem subsilentem coram Domino, & saltatem irideat, hoc est, si humiles, qui nunc summa petunt, nunc ad ima redeunt; iam scilicet diuina contemplantur, iam ad fratrum necessitates subleuandas deiciuntur, spernat, quia rectitudinem, sine qua non potest subsistere, imprudenter relinquit, ingens profectò supplicium est perlatura. Nam & filiorum generatione priuabitur, quos non verbum nudum, sed oratione, & humilitate vestium, in lucem emittit. Et, si vitæ contemplatiue filijs, hoc est, sanctis cogitationibus tristem voluerit solitudinem consolari, illas euectigid mortuas reperiet, quoniam istæ sine cordis humilitate non prodeunt, aut statim in diebus messis primis, atque in ipso sui cõceptus initio, cum filiis concubina, nimium cum ineptis cogitationibus euanescent. Vita ergo hæc, aut potius cultor vitæ, semper intra metas se humilitatis continet, si cupit incepta viuendi ratione proficere, & bonæ actionis fructum conseruare.

Ecce primam imaginem vitæ actiue, & contemplatiue, quæ primo loco explicanda fuit, quia vitas istas tyrunculas, & incipientes representant. Merob enim tantum exprimit vitam à multitudine separatam, nõdum tamen constat, quanto profectò à multitudine separaretur. Et si totus eius profectus in hoc positus est, non vt sciatur, sed vt opere exerceatur, parua est, quæ iustus, non nisi per trãitum fruunt, quia nec dum sibi in sponsam cõceditur. Michol autem denotat vitam multis actionibus occupatã, sed compertum non est, quanto feruore, & quanta intentionis puritate in bonis operibus occupetur. Nõ est quidem magna, quæ impiorum detractiones timeat, & persecutionibus impetita cedit. Nam (vt inquit Gregorius) hoc habent iusti proprium, vt in dolore positi tribulationis suæ, curam nõ deserant utilitatis alienæ, & cum de se aduersa patientes dolerent, alijs necessaria docetes prouident, & quali percussis

Psal. 34.
2. & 8.Iobi. 3.
12.Greg. 3.
mor. cap.
121.

quidam

quidam magni medici egrotant. Ipsi tolerant scissuras vulneris, & aliis proferunt medicamenta sanitatis. Non est magna, quae saltantes coram Domino, hoc est, contemplatiuos, ridet, & humiles superba contemnit, quoniam nondum sciuit, se humilitate, orationeque iuuari, vt bona actione in Ecclesia fructificet. Nōdūm sciuit, quia Dominus messis vult rogarī, vt mittat operarios in messem suā, & quia Maria Martham adiuvat, quā (vt ait Richardus Victorinus) diuinum adiutorium illi implorat, quia frustra laborē impenderet, plāret, atque rigaret, nisi Deus incrementum daret. Itas ergo paruulas, & incipientes principio depinximus, vt à primordiis earum, ad maiorem perfectionem pedetentim procedamus.

De secunda imagine vitæ actiuae, & contemplatiuae.

CAPVT XV.

SECUNDAM igitur harum vitarum imaginem consideremus, & si forte in ea antiquulum adoleuerint, non parum utilitatis nobis accedet. Altera ergo imago ex duabus vxoribus Elcanæ conficitur. Habuit enim duas vxores, nomen vni Anna, & nomen secundæ Phenēna. Elcana, religiosum, animas Domino generantem, & verbum Euangelij administrantem significat: qui satis stultus erit, si Annam non diligit, & soli Phenennæ filios concipienti iungatur. Anna typus est vitæ contemplatiuæ. Phenenna verò imago vitæ actiuae. In quam sententiā Dionysius Richelius: Quidam per duas vxores vitam actiuam, & cōtemplatiuam intelligunt. Estque necesse in primis assumere vitam actiuam, exercendo se in actibus virtutum moralium, in luctu, & labore pœnitentiæ salutaris, in exterioribus misericordiæ operibus, & ita per vitam istam, tanquam per ianuam ad vitam ingredi contemplatiuam. Et nomina ipsa hoc mysterium præferunt. Nam Anna, quæ (vt ait Beda venerabilis) gratia, vel respondens, vel donās, interpretatur, quid aptius exprimeret, quam vitam in cōtemplatione positam? Hæc enim tota gratiosa, & pulchra est, atque vt quotidie pulchrior sit, Domino loquenti respondet, & tota illi absque timore se donat. Nequaquam ab spōso vocata, ait: Expoliam me tunica mea, quomodo induar illa? Laui pedes meos, quomodo inquinao illos? Neque excusationes non surgendi præterdit, sed statim sine mora pessulum ostij sui aperit dilecto suo, vt eius vestigia imitando, sequatur, & nihil sibi reseruādo, omnia quæ habet, cogitationes, affectus, opera, ei, quæ diligit, magna volūate committat. Phenenna verò, quæ (vt idem sanctus Doctor ait) conuersa, sed cōuersio dicitur, quid commodius, quam vitam actiuam repræsentabit, cuius opus est, mentem à vitis, & peccatis auellere, & ad Dominū ministerio virtutum, & bonorum operum reuocare? Egregie enim Bernardus, spirituales vitam describens, sic ait, Prudenter proinde, fratres, & non ad insipientiam nobis, spirituales elegimus vitam, castitati scilicet corpus, & seruituti subicere, & Deum, qui spiritus est, adorare in spiritu, & veritate. Vt ex his verbis nos, vitæ actiuae tribuamus subiectionem sensualitatis id est, morum cōuersionem, & cōtemplatiuæ Dei adorationē assignari discamus. Proprietates quoque, & actiones vtriusque scemina hoc, quod asserimus, magis declarant. Nam fuerūt Phenenna filij (inquit Scriptura) Annæ autem nō erant liberi. Sic cōtemplatiua vita hominum conspectum

A fugiens, & tota Deo inharere contendens, sterilis, minusque fructuosa imperita multitudini apparet: Actiua verò, dū vniuersis se offert, & in proximorum vsū, vtilitateque laborat, vtilior, & fecundior iudicatur. Nec mirum est, si homines ista iudicēt, vident enim contemplatiuos amare silentium, amplecti solitudinem, fugere turbas, vitare pia etiā opera misericordiæ, & charitatis. Considerant autem actiuos verba exhortatoria profudere, ciuitates incolere, turbas populorū frequentare, & pietatis, ac charitatis operibus distineri, quibus animarū salus perficitur. Cū verò homines videant in facie, hoc est, exteriora considerent, Deus autem solus intueatur cor, inde est, quod istos fecundos, & Ecclesiæ profucuos putent, illos verò infecundos, & minus proximis fructuosos existiment.

B Quid moror? De illis mulieribus scriptum est, Affligebat quoque eā, scilicet Annam, amula eius, nempe Phenenna, & vehementer angebat, in tantum, vt exprobraret, quod Dominus conclusisset vuluam eius. Et similiter (vt inquit Dionysius) quidam actiui, contemplatiuis tanquā otiosis, & inutilibus obloqui solent. Sed ineptè satis Phenenna se iactat, & tanquā multorum filiorum mater de fecunditate gloriatur. Imò ineptissimè Annam contemnit, quasi filios minimè generatam. Quia veniet tempus, & non longè est, cū hæc sterilis filij generabit, qui omnes Phenennæ filios, tum virtutis merito superet, tum dignitatis gloria præcellat. Denique sterilis peperit plurimos, hoc est, vnum (vt exponit Euthymius) qui plurimis præstitit, & quæ multos habebat filios, infumata est. Sic non minus ineptè actiui, aliquando contemplatiuis insultant, eosque despiciunt quasi inutiles, & minus sanctæ Ecclesiæ fructuosos. Hæc sanè magna cecitas est, dæmonis fraudibus plena, ad pacem religiosorum turbendam, & vinculum dilectionis rumpendum. Non sola actiua vita filios spirituales generat, non hæc sola est Ecclesiæ proficua, imò sæpe actiua videtur parere, & proximos ad bonam frugem cōuerte, sed re vera cōtemplatiua est, quæ peperit, & animas à peccatis liberauit, & in Dei amicitia euexit. Hæc enim spiritualium filiorum generatio, nō tam à verbis, quam à gemitibus, non tam ab eloquentiā, quam ab oratione dependet. Vnde Paulus Colossensibus scribens, ait: Orationi instate, vigilātes in ea in gratiarum actione. Orantes simul, & pro nobis, vt Deus aperiat nobis ostium sermonis ad loquendum mysterium Christi. Contemplatiua autem vita est, quæ gemit, quæ orat, quæ ostium apertum, hoc est, corda audientium mollia, ad recipiendum verbum Dei (sic quippe interpretatur Chrysostronus) à Domino impetrat. Hæc igitur haud quaquā est sterilis, sed primo loco filios generat spirituales.

C Non dubium, quin puris actiuis, qui multum laborant, & nihil orant, qui multum loquuntur, & nihil cum affectu considerant; in die postremo illud eueniet quod pernici aui astuta succedit, de qua hæc scribit Ambrosius. Perdicem astuta, quæ aliena oia diripiat, hoc est, perdicis alterius, & corpore foucat suo, sed fraudis suæ fructum habere non posse, quia cū eduxerit pullos suos, amittit eos, quia vbi vocē ei⁹ audierint, quæ oia generauit, relicta ea, ad illā naturali quodā munere, & amore cōferūt quam verā sibi matrem ouorū generatione cognouerint: significantes hanc nutritis fungi officio, illā parētis. Sic itaque incalsū proprios fudit labores, ac fraudis suæ pretio mulctatur. Vnde Hieremias ait: Clamauit perdidit, & cōgregauit, quæ nō peperit, id est, oia cōgregauit, & clamauit quasi oas suæ fraudis affectu Sed

1. Mc. 10.
2.
Richard. in
cant. c. 8.

1. Reg. 1.
2.

Dionys. in
1. Reg. in
c. 1. ad 2.

Beda in
expos. in
Hebr.

Cant. 5.

Beda ibi
dem.

Bern. ser.
de septem
spiritibus.

1. Reg. 1.
2.

Dionys.
ibidem.

1. Reg. 2.
3.

Coloss. 4.
2.

Chryf. hō
10. ad
Coloss.

Amb. 6.
hebram.
c. 5.

Hier. 17.
11.

ludit operam, quia impenso labore alij educat, quos ipsa diuturno fœtu sedulitatis animauerit. Hoc, inquam, nimis actiui experientur, qui non claritate succensit, sed iactantia inflati, spiritualibus animarum ministeriis vacant, & Dei verbum feminat, atque in magna populorum frequentia concionantur. Modò sibi spirituales filios attribuunt, & tamquam proprios fœtus asciscunt, non contradicentibus veris parentibus, qui scilicet multum fleuerunt, multum orauerunt, multum pro animarum salute ad Dominum clamauerunt. Sed veniet tempus, cum Deus veritatem patefaciet; quâdo nimirum animæ à peccatis erectæ, religiosum laicum charitate feruentem, licet in tenebrosa popina commorantem, qui multum orauit, & non superbum, ac ambitiosum prædicatorem, qui multum vociferatus est, patre agnoscent. Tunc religiosi idiotæ anima admiras, & stupēs non sine exultatione illud Isaiæ dicit in corde suo. Quis genuit mihi istos? Ego sterilis, & non paries, transmigrata, & captiua: & istos quis enutrit? Ego destituta, & sola, & isti vbi hic erant? Et accipiet diuinum responsum: Quia orationes tuæ, & lachrymæ tuæ, quas pro animarum cōuersione fundebas, te istorum matrem fecerunt, quos literatus arrogans, nec Dominum rogans, & solo verbo & ostentatione laborans, sibi in filios arrogauerat. Non itaque vita contemplatiua sterilis est, sed potius spiritualis fecunditatis origo, quam oportet, vt veram matrem animarum suspicere, non vt inutilem, atque infecundam aspernari.

Isai. 49. 21.

Sed quo ordine Anna filium Samuelē genuerit, & qua via tam nobilem natū habuerit, internis auribus audiamus; & qua ratione vita contemplatiua filios gignat, attentè consideremus, vt rixas istas inter actiuos, & contemplatiuos ablegātes, iam diu optatam pacem inter illos componamus. Anna propria sterilitatem considerans, præ tristitia flet, & nō capit cibum, neque aliquam cōsolationem admittit. Et similiter anima contemplatiua, illius sententiæ Salomonis oblita, Quia omnia tempus habent, & suis spatiis transeunt vniuersa sub cælo,] suæ infecunditatis causa tabescit, & filiorum absentia, ac dilatione tristatur. Qui mæror aded solet animam minus sapietem obruere, vt iam bono zelo in actiones externas effusa possit dicere: Mei autem penè moti sunt pedes, pene effusi sunt gressus mei,] vt secretū orationis deseram, & totum spiritum sine discretione profundam. Quid tristaris anima, quid tristaris, quasi iam omnino ad filios spirituales generandos inepta? Adhuc paruula es, adhuc tenera, & minus ad concipiendum idonea. Cogita, quia omnia tempus habent, & prius debes virtutibus adolefcere, & ad perfectionem spiritualis ætatis peruenire, quā filios Deo generes, & aliorum mater appelleris. Aduerte animo, quia nunc in principio cōuersionis tuæ, tempus est nascendi,] & ad diuinum amorem perueniendi, & postea erit tempus moriendi] pro fratribus, ita vt cum Paulo possis dicere. Quotidie morior per vestrā gloriā, fratres.] Nunc tempus est plātandi] ac in te ipsa virtutes inferendi, postea erit tempus euellendi] de cordibus aliorum, quod peperam à veterano hoste plantatum est. Nūc tempus occidendi, vt scilicet inordinatum tui amorem extinguas, & in matutino interficias omnes peccatores terræ,] & deinde erit tempus sanādi,] cum apra eris aliorum vulneribus mederi, & verbo doctrinæ infirmis mentibus curationem afferre. Nunc tempus destruendi] quæ malè in sæculo ædificaueras, & postmodum erit tempus ædificandi] cum opes aggregaueris, quibus valeas virtutum arcem in aliis extruere.

Eccles. 3. 1.

Psal. 72. 2.

Eccles. 3. 2. 3. Cor. 15. 3.

Psal. 109. 8.

A Nunc tempus stendi] propria delicta, & postmodum erit tempus ridendi] atque gaudendi de impiorum à te facta cōuersione. Quia de prædicatoribus scriptum est: Euntes ibant, & flebant mittētes semina sua, venientes autem venient cum exultatione, portantes manipulos suos.] Nunc tempus plangendi] propter propria mala, & deinde erit tempus saltandi] ex deuotionis affectu propter fratrum bona. Nūc tempus colligendi lapides,] & parandi arma necessaria ad prælium, ac in posterum erit tēpus dispergēdi eos,] & insigendi in fronte Philistæi. Nunc tempus amplexandi] sponsum qui pascitur inter lilia,] ac deinceps erit tempus logē fieri ab amplexibus] cum charitatis dono perfecta dicas cum Paulo: Optabā ego ipsa anathema esse à Christo pro fratribus meis.]

1. 2. 5. 6.

Car. 6. 3.

Rom. 9. 3.

B Nunc tempus acquirendi] dona, quæ postea distribuas, & deinde erit tempus perdendi] te ipsam; hoc est, laborandi, & affligendi, vt lucrum animarum requiras. Nunc tempus custodiendi] arcem mētis tuæ, & postea erit tempus abiiciendi] ex parte curam tuam, vt aliorum quoque curam admittas. Nunc tempus sciendi] cor tuum, & peccatorum dolor molliendi, ac deinde erit tempus consuendi,] hoc est, in bonum proximorum conficiendi sermone ex sententiis scripturarum. Nunc tempus tacendi,] & postea tempus loquendi.] Quia (vt inquit Hugo) prius per silentium tempore tacendi discitur, quod postea per verbum tempore loquēdi preferatur.] Denique nūc tempus dilectionis Dei, & tempus belli aduersus ea quæ huic dilectioni obstitunt, & in posterum erit tēpus exercendi odij aduersus ea, quæ tuus dilectus odit, & tempus, inter occupationes, quietis & pacis.

Hugo, lib. de inst. nomin. c. 16.

C Omnia tempus habent,] & periculosum est in ipso spiritualis vita tyrocinio cupere iam matrem esse, & filios velle, quasi esses robusta, generare. Hoc ante tempus fructificandi desiderium, astus damonis est, vt homo proximis nihil proficiens, sibi plurimum oblit: Quem Laurentius Iustinianus his verbis egregiè describit. Hortatur etiam (& quidem de diabolo loquitur) ad prædicationes, ad sæcularium cōuersionem, & ad virorum mulierumque indistinctam collocaionem, illud Apostoli commemorans. Omnibus omnia factus sum, vt omnes lucrificam.] In his omnibus latent fraudes, & inimicorum laquei formidabiles, quibus capiuntur, qui carent prudentia, & elatum habent cor. O quot, qui iam inter astra nidos suos collocasse credebantur, occasione fraternæ charitatis, in lutum carnalis concupiscentiæ, turpiter corruerunt? Quot temporibus nostris fuerunt, & sunt, qui tanquam ardentes lampades, & mundi luminaria lucebant coram hominibus, paulatim ex frequenti sæcularium cōuersione, & confabulatione tepesacti, ad pristina opera sæcularis vitæ, miserabiliter redierunt? Quam multos quotidie intueri possumus, qui donec in humili statu, & sub obedientiæ disciplina perstiterunt, in mētis puritate, cordis celsitudine, & virtutis perfectione se custodierunt, sed post adeptam dignitatem, post assumptam pastorale officium, propter inuictos honores, & nimias occupationes, oblit quales fuerant, ad ima miserabiliter descenderunt.] Si hæc ita sunt, mirum est, o anima, quod tam cito præ dolore, & tristitia desceas, quia filios sponso non concipias, & magis mirabile est, quod tuos defectus non videas, imbecillitatem non sentias, & propriam perfectionem non cures, vt possis deinceps aliis proficere, & filios spirituales generare?

Laur. in lib. de discip. & perfect. monast. c. 12.

1. Cor. 9. 22.

D In his omnibus latent fraudes, & inimicorum laquei formidabiles, quibus capiuntur, qui carent prudentia, & elatum habent cor. O quot, qui iam inter astra nidos suos collocasse credebantur, occasione fraternæ charitatis, in lutum carnalis concupiscentiæ, turpiter corruerunt? Quot temporibus nostris fuerunt, & sunt, qui tanquam ardentes lampades, & mundi luminaria lucebant coram hominibus, paulatim ex frequenti sæcularium cōuersione, & confabulatione tepesacti, ad pristina opera sæcularis vitæ, miserabiliter redierunt? Quam multos quotidie intueri possumus, qui donec in humili statu, & sub obedientiæ disciplina perstiterunt, in mētis puritate, cordis celsitudine, & virtutis perfectione se custodierunt, sed post adeptam dignitatem, post assumptam pastorale officium, propter inuictos honores, & nimias occupationes, oblit quales fuerant, ad ima miserabiliter descenderunt.] Si hæc ita sunt, mirum est, o anima, quod tam cito præ dolore, & tristitia desceas, quia filios sponso non concipias, & magis mirabile est, quod tuos defectus non videas, imbecillitatem non sentias, & propriam perfectionem non cures, vt possis deinceps aliis proficere, & filios spirituales generare?

E Sed si hæc pericula proposuisse non sufficit, consolatur Helcana Annam dilectam vxorē suam, atque illius verbis consolatur Dominus hanc animam, nō

vt in

vt in perpetuum insecundam derelinquat, sed vt interim, dum tempus est, lata, & quietam reddat. Dicit itaque illi: Anna cur fles? & quare non comedis? & quamobrem affligitur cor tuum? Numquid non ego melior tibi sum, quam decem filij? O efficax anima consolatio! Nam si Deum possidet, si eius conspectu gaudet, si sponsi amore, atque alloquio perfruitur, no est cur ex absentia filiorum se tristitia, & maerore coficiat. Non solum quia melius est Deum, salutem vtique, & vita animae possidere, quam sine possessione Dei, in animo tepido, & propriae salutis obliuio decere, imo, & innumeros filios generare. Nam quid prodest homini si vniuersum mundum luceatur, anima vero suae detrimentum patiat? Verum etiam, quia anima Deum possidens, & intellectu, atque affectu iugiter suo creatori inherens, sine dubio non erit sterilis, sed aut rationis efficacia, aut sanctitatis exemplo, aut (si ad id vocata sit) doctrinae verbo filios edet, liberis Phenenna, hoc est, animae tepida, atque distractae, potiores. Iam ergo hac consolatione animata, faciat, quod Anna, & speret in Domino, quia cum minus putauerit, filios ex sponso concipiet.

Quidnam fecit Anna? Primum quidem surrexit, postquam comederat, & biberat in Silo. Comedit igitur & virtutum pane se reficiat, bibat, & aqua compunctionis se faciat, imo & vino doloris peccatorum se inebriet; Nec timeat oburgationem Helij, tepidi facerdotis, qui aestimauit eam temulentam, & dixit: Vtique ebria eris; digere paulisper vinu, quo mades. Hanc, inquam, reprehensionem non timeat, quia haec ebrietas ex vino compunctionis procedens, summa sobrietas est, & verè se poterit excusare. Nequaquam, Domine mi, na anima infelix nimis ego sum, vinumq; delectationis mundanae, & omne quod inebriare potest, non bibi, sed effudi animam meam in conspectu Domini. Deinde hoc pane, & vino refecta, iurgat, mundana deserens, & creaturaru affectus, & cogitationes abiiciens, ingrediatur templu cordis sui, & oret ad Dominum fles largiter, & ex multitudine doloris, ac maeroris, ita loquatur. Domine exercituum, si respiciens videris afflictionem famulae tuae, & recordatus mei fueris, nec oblitus ancilla tuae, dederisque seruae tuae sexum virilem, fructum scilicet animarum, quae verè & ex animo se ad vitam virtutis conuertant: Dabo eum Domino omnibus diebus vitae eius, neque hunc filium meis viribus, aut labori ascribam: Nouacula, inquam, non ascendet super caput eius, quia opus huiusmodi ad inanem gloria non referam. Hac oratione, zelo animarum accessa se fieri filiorum matrem, & proximorum adiutricem efflagitet. Recordabitur profecto eius Dominus, & post circulum dierum, cum scilicet iam erit tempus concipiendi, & pariendi (nam omnia tempus habent) concipiet ex sponso verbum efficax, & validum, & pariet filium, vocabitque nomen eius Samuel, eo quod à Domino postuisset eum. Quidnam hoc, quod ista anima vocat filium Samuelem, id est, postulatam, vel positam à Deo? Nisi quod verbum suum implens, & debitam fidelitatem Deo seruans, fructu animarum, non sibi tribuit, sed Deo intentione sincerissima ascribit: Vocat enim eum postulatam, quia non industria tantum sua eam genuit, sed à Domino orando, flendo, & postulando promeruit.

Haec igitur duae uxores Helcanae, duas vitas, actiuam, & contemplatiuam, iam aliquantulum proficientes, nondum tamen perfectas, significant. Proficientes quidem, quia illa generat filios, & non sine fructu, & animarum emolumento laborat: haec verò gemit, & talis est, vt filium à Deo impetret, & sociam conuitia sine indignatione sustineat. Sed nodu perfectae sunt:

A quia actiuam, suo labori externo, & no amori interno, nec precibus, proximorum salutem arrogat, & contemplatiuam, nec dum saeculo mortua est, siquidem aliorum obmurmurationibus impetita, non aequanimiter sustinet, sed pra tristitia dolet, & ingemiscit. Hoc tamen non mirum esse alicui debet, quia omnia tempus habent. Veniet sane tempus cum iniuriaru nullam rationem habebit, cum spe diuinae promissionis erecta & caelestibus consolationibus satiata, optime in illam quadrabit. Et vultus illius non sunt amplius in diuersa mutati: illa namque vniuersitas vultu, non se amplius in diuersa mutantium (vt Rupertus ait) nihil aliud est, quam identitas cogitationum, & valde intenta earundem perseverantia precum. Haec faciet, vt & iniurias imperfectorum contemnat, & obmurmurationes in se ipsis confidentium irideat.

De tertia imagine vitae actiuae, & contemplatiuae.
CAPVT XVI.



ERTIA imago vitae actiuae, ex duabus vxoribus Iacob, filiabusque Laba, Lia, & Rachele, defumitur. Habebat enim Laban (vt sacra narrat Historia) duas filias, nomen maioris Lia, minor verò appellabatur Rachel: sed Lia lippis erat oculis: Rachel decora facie, & venusto aspectu. Istarum illa prior, quae laboriosam vel fatigatam sonat, vita in actione positam innuit. Nam, & labor in actione est, & qui curarum onere premitur, molestiis, ac sollicitudinibus fatigatur. Haec verò, quae ouem, vel pascerem, vel visum principium significat (vt placuit Beatissimis Cypriano, & Gregorio) vitam praefert in contemplatione constitutam. Nam sicut ouis mansueti, simplicitate gaudet, caelesti doctrina pascitur, atque verbi diuini consideratione perfruitur. Quod his verbis docuit Gregorius. Has vtrasque (scilicet vitas) si aut ante nos dictum est, duae beati Iacob mulieres signauerunt. Lia videlicet, & Rachel. Lia quippe interpretatur laboriosa, Rachel verò, ouis, vel visum principium. Actiuam autem vitam laboriosa est, quia defudat in opere, contemplatiua verò simplex, ad solum videndum principium anhelat, videlicet ipsum qui ait: Ego sum principiu, propter quod, & loquor vobis.] Licet autem dixerimus vitam contemplatiuam, tempore, & dignitate esse maiorem, non mirum, si nunc actiuam per Liam maiorem sororem, & contemplatiuam per Rachelem minorem signetur; quia post humani generis lapsum, vita actioni dedita in quocumque viro iusto maior, id est prior est, quam vita contemplationibus diuinis addicta. Vnde recte Beda: Prior est in eruditione hominis labor boni operis, quam requies contemplationis. Seruiuit Iacob pro Rachele septem annis nulla facta mentione Lia, qui pauci illi videbatur, pra amoris magnitudine. Quia licet vir iustus opera iustitiae diligat, & occupationes vitae actiuae non respiciat, non tamè haec propter semetipsam experit, sed beneficio illius ad puritatem animi, ad quietem mentis, & ad Dei contemplationem venire concupiscit. Nec mirum est, quod ingens labor pro coniugio huius vitae susceptus, leuis, & nullius momenti videatur, quia amor vehemens, quo iustus Dei contemplationem, id est, veram sapientiam amplectitur, assium laboris temperat, & sensum molestiae occurrentis euacuat. Quid miraris (inquit Richardus de sancto Victore) secundum magnitudinem pulchritudinis, erat magnitudo dilectionis. Certè, si in laudem sapientiae aliquid tentare volueris, minus erit quantumq;

1. Reg. 1. 18.

Ruper. 3. in cant. n. illud c. 4. Vulnera sui cor meum, &c.

Gene. 29. 16.

Cyp. de car. op. Chri. in praesent.

Greg. 14. in Ezech.

Ioa. 8. 25.

Beda in Genes. 29.

Richard. Beniam. in orat.

Sapient. 7.
29.Genes. 29
26.Bern. ser.
46. in cā.2. Thess. 3.
10.
Psal. 118.
104.

dixero. Quid enim sapientia ardentius diligitur dulcius possidetur? Eius decor omnem superat pulchritudinem, eius dulcor omnem excedit suauitatem. Est enim (vt ait quidā) speciosior sole, & super omnem stellarum dispositionem, luci comparata inuenitur prior. Hanc amaui, & exquisiui à iuuentute mea, & quæsiui sp̄sam mihi eam assumere, & amator factus sum formæ illius.] Tantus amor, tāta dilectio, tantum diuinæ cognitionis desiderium, quidni labores mortificationis, & bonorum operum tēperet, quibus luctator Iacob ad vitæ contemplatiuæ possessionem ascendit?

Sed prius Sancto Patriarchæ Lia minus grata, ac minus formosa, in coniugem data est, quàm Rachel pulchram, pro qua seruiert, & quam semper concupierat, in vxorem acciperet. Labiam focero, non sine rationis pretextu se excusante; quia nō est (inquit) in loco nostro consuetudinis, vt minores ante tradamus ad nuptias.] Et similiter viro religioso prius actualis vita coniungitur, quàm contemplatiua diu desiderata copuler. Prius ad fletum pro peccatis commissis, ad mortificationem sui, ad vniuersarumque acquisitionem virtutum permouetur; & postea ad rerum diuinarum contemplationem incitatur. Prius debet seipsum à fœditate imperfectionum remouere, & bonis actibus, tamquam pretiosis vestibus exornare; & deinde poterit cubile regium ingredi, vt cupitis sanctæ dilectionis fruatur amplexibus. Quod si quis à sæculo discedens & in statum religionis veniens, statim cupiat ad contemplatiuæ vitæ delicias admitti, priusquàm seculares affectus cohibeat, & vitia inueterata mortificet, dicatur illi, quia non est in loco nostro consuetudinis, vt minores filias ante tradamus ad nuptias. Nos spiritu diuino directi, atque Ecclesiæ legibus gubernati, non consueuimus ad quietem orationis, & contemplationis admittere, quos labor mortificationis non examinat, & vita pura, atque illibata non approbat. Quare sapienter Bernardus. En forte appetis & ipse contemplationis quietem, & bene facis, tantum ne obliuiscaris flores, quibus lectulum sp̄sæ legis aspersum. Ergo cura & tu, tuum similiter circumdare bonorum floribus operum, virtutum exercitio, tamquam flore fructum, sanctum otium prauentire. Alioqui delicato satis otio dormitare vales, si non exercitatus quiescere appetas, & Liæ fecunditate neglecta, solis cupias Rachelis amplexibus oblectari. Sed & præposterus ordo est ante meritum exigere præmium, & ante laborem sumere cibum, cum dicat Apostolus: Quinon laborat, non manducet.] A mādatis tuis intellexi (inquit) vt scias nisi obedientiæ mandatorum contemplationis gustum penitus non deberi. Non igitur putes de propria amore quietis, sanctæ obedientiæ actibus, seniorumve traditionibus præiudicium vllatenus faciendum. Alioqui nō dormiet tecum sponsus in lecto vno, illo præfertim, quem tibi pro obedientiæ floribus, acutis, atque vitiis inobediētæ aspersisti. Propter quod nō exaudiet orationes tuas, vocatūque non veniet. Nec enim dabit inobedienti copiam sui tantus obedientiæ amator, vt mori quàm nō obedire maluerit. Hactenus ille.

Istum duarum vitarum ordinem, quem infra magis enodabimus, non solum Liæ, & Rachelis docet historia, & sanctarum religionum approbat cōsuetudo, verum etiam Domini internum testatur alloquentium. Solet enim Dominus, quos in contemplationis gratiam videt nimis propensos, nunc desolationibus affligere, nunc ariditate cordis impetere, nunc in ipso orationis tēpore benignissimè in opera mor-

A tificationis inclinare, vt sciant se prius pro Lia laborare debere, vt ea in coniugem accepta, ad Rachelis dulcedinē, suauitatemque perueniant. O quoties ego in mea paupertate sum istam Domini legē expertus sæpe enim quadam sancta meditatio inflammatus, quietem mētis meæ, tranquillitatemque cupiebam diuinam lucem ad contemplandum appetebam, & ardentissimam mei creatoris dilectionem suspirabā. Et nescio quomodo dicebatur mihi: Vbi est humilitas: vbi est mansuetudo: vbi est obediētia: vbi aspernatio tuæ contemptus sæculi despectio omnium terrenorum? Ista quare, ista postula, pro istis elabora: & postea ad contemplationis gratiam admitteris. Gaudio autem hanc experiētiam meam (ne illudat) in magno contemplatore Richardo reperisse. Quæadmodum (inquit) Lia supponitur, dū Rachel speratur, facile recognoscunt, qui hoc quàm sæpe contingat, nō tam audiēdo, quàm experiendo didicerunt. Sæpe contingit, vt animus antiquæ conuersationis fordibus minus mundatus, & ad caelestium cōtemplationem nondum idoneus, dum se in cubiculo Rachel collocat, dum se in eius amplexus totum parat, dum illam iam sese tenere putat, subito, & inopinatè inter amplexus Liæ se esse deprehēdat. Quid enim Scripturam sacram, nisi Rachel cubiculum dicimus, in qua sapientiam diuinam, sub decenti allegoriarum velamine latitare nō dubitamus? In tali cubiculo Rachel toties quæritur, quoties in lectione sacra spiritualis intelligentia indagatur. Sed quamdiu adhuc ad sublimia penetranda minimè sufficimus, diu cupitam, diligenter quæsitam Rachel, nōdum inuenimus. Incipimus ergo gemere, suspirare, nostram cæcitatem non solum plangere, sed erubescere. Dolētibus ergo nobis, & quærentibus, vnde hæc cæcitatem meruimus, occurrunt mala, quæ fecimus. Quinimō ipsa diuina lectio, nobis nolētibus, & aliud quiddam in ea molentibus, fœditatem nostram frequenter ingerit, & corda nostra in eius consideratione compūgit. Quoties ergo in diuina lectione pro cōtemplatione cōpunctionē reperimus, in cubiculo Rachel, nō ipsam, sed Liam nos inuenisse nō dubitemus.] Implemus ergo hebdomadam dierum huius copulæ] qua vitæ actiua, eiusque occupationi laboriosæ coniungimur. D & Rachel quoque dabitur nobis pro opere, quo seruituti sumus Domino septem aliis annis. Neque enim contemplatiui istam in sponsam accipiunt, vt omnino quiescant, & ab externis laboribus sequestentur, sed vt quasi milites denuo ad prælium accedentes, robustius aduersus demones pugnent, & in aliis vitiis, atque in se ipsis imperfectionum reliquias profligare festinent. Si enim acquieuerimus huic placito, Rachel ducemus vxorem, & potius nuptiis optatis sine dubio amorem huius priori præferemus, pro qua, ne scilicet auferatur à nobis, libenter seruiemus septem, imò, & innumeris annis aliis.

Sed alias huius imaginis partes meditemur, videbimusque perfectiorem vitæ actiua, & cōtemplatiua gradum, maioremque vtriusque amplitudinem, atque præstantiam Lia namque concipit, nō vnum tantum, sed plures filios, nō abiectos, vt Phenenna, sed illustres, & nominatos, qui populi Dei patres, & duces habeantur. Hoc verò magna perfectio actionis est, plures filios Christo generare, eosque in virtutis perfectionem attollere, & non pusillos spiritu derelinquere. Gloriosius fuit Ambrosio vnum Augustinum conuertisse, quam plures alios inferioris notæ ad fidem suis disputationibus pertraxisse, ita multo erit gloriosius aliquos ad virtutem allicere, ad perfectionem euahere, ad veram puritatem euocare, quàm plurimos, qui vitā cōmunem sectantur, & iā

cadunt,

Richard. in
Benta. vii.
nor. c. 4.

Psal. 111. 9.

Psal. 44. 17.

Genes. 30. 1.

Genes. 30. 3.

Augu. in Enchirid. c. 56. Rich. Beni. minor. c. 29.

cadunt, iā resurgunt, aliqui notitia Catholica religionis imbuerent. Iſtis cōpetit illa laudatio: Diſperſit, dedit pauperibus, iuſtitia eius manet in ſæculū ſæculi.] Quia in pauperes, hoc eſt, in homines virtutis indignos elemoſynas ſpirituales effundit. Illis verò conuenit alia eiſdem psalmiſta laus, quæ multò maior eſt, atque præſtantior. Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, cōſtitues eos principes ſuper omnem terram. Nam filios Deo generant, qui patribus anti- quis virtute ſunt ſimiles, qui poſſunt populo Dei præfici, & greges animarū gubernare. Rachel verò cernens, quòd infæcunda eſſet, inuidit forori ſuæ, & ait marito. Da mihi liberos, alioquin moriar.] Iſtud etiam magna eſt perfectio cōtemplationis, cum ſcili- cet anima, iā igne diuini amoris flagrat, vt non ſola velit ſuum creatorem diligere, ſed omnes cupiat ad eius amorem, & obſequium reuocare. Non vult ſola deliciis affluere, non vult ſola dono puritatis a- bundare, non vult ſola in ſancſam Siō, in ciuitatem cæleſtem admitti; ſed alios curat ſecum deducere, & bonorum, quæ poſſidet, cupit eſſe conſortes. Quis non hic videat charitatem perfectam, non quidem parcam ſed liberalem, non anguſtam ſed amplam, quæ alios quærit, inter quos ſua bona diſtribuat?

Vtraque ſoror, quo tempore filios non edit (quia vna ſterilis eſt, & altera concipere, & parere deſiuit ancillas quærit, quæ vtriuſq; nomine liberos ex ma- rito concipiat. Vnde Rachel ait viro ſuo: Habeo famulam Balam, ingredere ad illam, vt pariat ſuper genua mea, & habeam ex illa filios.] Et rursus Lia ſentens, quòd parere deſiſſet, Zelpham ancillam ſuam marito tradidit. Facile eſt hic actiua, & cōtem- platiua vitæ conſiderare perfectum. Nā cōtempla- tiua ancillam ſuam, id eſt, turbam affectuum ſuorum cohibet, & recta appetendo, cæleſtiæque cogitando, Chriſto ſubiicit, vt ex eo intelligentias ſpirituales concipiat. Et actiua quoque ſeruam ſibi datam, ſcili- cet donorum naturalium copiam, qualia ſunt, ſcien- tia, eloquentia, tractādorū negotiorum dexteritas; non iam ſibi ipſi, ſed Chriſto cōſecrat, & promptiſ- ſima voluntate ſubmittit. Ex hac copia donorum fi- lios ſuſcipit, dū his, & ſimilibus donis, non ad faſtū, & ambitionem vitur, ſed in Dei honorem, & ani- marum ſalutem impendit. Filius quidā Liæ egreſſus in agrum mandragoras tempore meſſis triticeæ re- petit, matris que tradidit; quas Rachel videns petit, & annuente Lia accipit, atque præ illarum deſiderio coniugis ſui intermitit amplexus. Et hic non modi- cam perfectionem video. Si enim filius actiua vitæ eſt bonum opus, & mandragoræ (vt aiunt Auguſti- nus, & Richardus Victorinus) honorem, ac famam deſignant. quid eſt, Liam mandragoras Racheli cōmittere, niſi actionem, appetitum laudis, vt ipſum moderetur, & comprimat, conſiderationi ſubiicere? Et quid eſt Rachelem pro mādragoris ſe mariti pri- uare complexu, niſi vitam cōtemplatiuam pro mor- tificatione vani honoris, & inanis gloriæ conculca- tione, quæ meditatione tantæ vanitatis gignitur, in- terim alias meditationes altiores rerum diuinarum omittere? Itaque actio in hoc magnæ perfectionis præbet inſigne, quòd laudem humanā ex bonis ope- ribus ortam, rationi, & affecti contemnendam tra- dit; & cōtemplatio in hoc ſuam circumſpectionem, & prouidentiam oſtendit, quòd pro recta in bonis actionibus intentione ſeruanda, inanitatem munda- narū rerum conſiderat, & aut myſteriorum Chriſti, aut diuinarum perfectionum intuitum intermitit. Lia, datis mandragoris iterum incipit parere, & non ſemel, ſed ter parit, & Rachel quoque ablato ſteri- litatis opprobrio, iā ſecundatur, & parit. Quia pro-

A ſtrato appetita laudis humana, actio valde vtilis proximis eſſe conſpicitur, & ſummi Dei gloria, pro- fectu proprio, & proximorum ſalute tribus fructi- bus exornatur. Nec non & Rachel, Ioseph ac Ben- jamin mater efficitur, quia oratione, ac deſideriis fi- lium dextera, id eſt, proſperum euentum, proximis ad Deum redeuntibus impetrat, & ſalutis eorum gignit augmentum.

B Ecce quomodo vtraque vita ſæcunda eſt, vna la- borando; altera orando, & vtraque affectu intentio- nis puriſſimæ, diuini numinis gloriam quærendo. Denique Rachel conſentiente Lia (vt Gregorius Nazianenus inſinuat) patris idola ſurripit, & abſcō- dit, non vt ſeruet, ſed vt delect. Et hoc etiam huius duplicis vitæ magna perfectio eſt. Nam per patrē, mundum ipſum; per idola verò inanes affectus, & terrenas cogitationes accipimus. Et quid amplius ab actiua vita poteſt exquiri, quàm quod ita laboret, vt curas atque inquietudines cohiberi conſentiat? Et quid nobilius cōtemplatiua valet præſtare, quàm ſi eaſdem inquietudines ferè omnino cohibeat; & in- ter occupationes externas animum tranquillum, & pacatum conſeruet? Et quidem) vt mihi videtur) iſtum vtriuſque vitæ profectum, inſignis Nazianze- ni expoſitor Nicetas, in hunc modum expoſuit. La- ba- itaque, mundus hic commodè dici queat; idola autem, eius ſædæ & perturbatæ cogitationes, ac ter- renæ rerum imagines. Quare ſi quis hunc mundum, vt patrem amauit, ac deinde per actionem, & con- templationem Chriſto adiunctus, mundum propter vitæ conſuetudinem, cum Chriſto initam, abiuurare velit, ille patris idola ſurripiat, id eſt, turpes & craſſa rerum ſpecies, quas mūdus obiiicit, ab anima expel- lat, ac primū quidem virtutis ſecunditati eas ſubiiciat. (quandoquidem & Rachel ſella, qua ſedebat, idola ſuppofuit) poſtquam autem ex diuturno labo- re in comprimendis affectibus exhausto, ad animi tranquillitatem, aut cognitionem peruenerit, tunc demum vitioſas impreſſiones, hoc eſt, cogitationes, prorfus, euellat, ac de medio tollat.] Quādo iſtæ vitæ tantam mentis tranquillitatem ſunt adeptæ, vt nec actiua ſollicitudinibus diſtrahatur, nec cōtem- platiua cogitationibus vanis turbetur; facile imper- fectionem actionis, & teporem orationis vitabunt. Hæc enim inde oriī ſolent, quod homo curis lace- ratus, & veluti diſciſſus, in eo quod nunc agit, cor li- berum, & Deo puritate intentionis iunctum, habere non valet, & inanibus cogitationibus obſcuratus, mentem perfecte ad Deum leuatam tenere non po- teſt.

Greg. Na- zian. 2. o- rat. in Paſ- cha.

Nicetas ſi- dem.

C D

De quarta imagine vitæ actiua, & cōtemplatiua.

CAPVT XVII.

E N nōdum eſt omnino expoſita hu- ius duplicis vitæ perfectio, quia vetus lex minis polita, atque perfecta, non potuit actionis, & cōtemplationis abſolutionem depingere: & debuit tamquam nouæ legis diſcipula, quo ſummum ac perfectiſſimum eſt vtriuſque vitæ, nouo gratiæ te- ſtamento figurandum reſeruare. Omnes enim iſtæ mulieres, quarum hucusque geſta retulimus, ſuas cogitationes, curas, & labores in creaturis colloca- runt, & homines concupierunt, hominibūque ſer- uierunt. Vnde vitæ actiua & cōtemplatiua eatenus imagines eſſe videtur, quatenus, aut bene erga crea-

turas se gerunt, aut rerū creaturarū exilitatem meditantur. At istarū vitarū ea summa perfectio est, si actiua in omnibus actionibus suis nouerit Domino obsequi; & contēplatiua in omnibus meditationibus suis, trāscursis imaginibus creaturarū, quieſcit eidē Domino, & intellectu, & affectu iugiter inhærere. Hanc autem absolutissimā perfectionem postremum fœminarū par, duę nimirū, sorores Martha, & Maria, conuenientissimē pręfigurant. Nam istas fœminas vitę actiue, & contēplatiue fuisse imagines, constans est patrum Ecclesię sententia. Basilius quidem, postquam earum contulit ministeria, ita subiūgit. Agedum igitur, per duas mulieres duo mihi vitę genera introduci animaduertito; vñ quidem inferioris notę, nempe quod in crassioribus se obeundis vitę huius muneribus occupat, quamquam ipsum quoque mirificē commodū est: Alterum nobilius, & cum spiritu magis coniunctū, nimirum quod sese ad arcanas res contēplandas altius exulterit. Et Augustinus. Remanserunt (inquit) in illa domo, quę susceperat Dominum, in duabus fœminis duę vitę, ambę innocentes, ambę laudabiles. Vna laboriosa; altera otiosa, nulla facinorosa, nulla desidiōsa. Ambę innocentes, ambę, inquam, laudabiles; sed vna laboriosa; altera otiosa, nulla facinorosa, quam cauere debet laboriosa; nulla desidiōsa, quam cauere debet otiosa. Nec non, & Bernardus inter alia: Intrante (ait) Iesu in hoc castellum, duę sorores Martha, & Maria, id est, operatio & intellectus, excipiunt illum. Excipiunt dixerim, an excipiuntur? Sed siue hoc, siue illud dicatur, vtrumque prodest illis, non Iesu. Et Iesus quidem cū ad illas venit, duo confert eis congruentia singulis, virtutem, & sapientiam: virtutem operationi: sapientiam intellectui. Vnde etiam ab Apostolo prædicatur Dei virtus, & Dei sapientia. Sed quid est, quod intrantem eum Martha excipit, discurret, ministrat: Maria verò secus pedes sedens ingressi, in eius verbum eorū suspēdit: nisi quoddam prius est actio, postea verò contēplatio? Ac tandem Gregorius. Bene has vtrasque vitas duę illę mulieres signauerunt, Martha videlicet, & Maria, quarum vna satagebat circa frequens ministerium; alia verò sedebat ad pedes Dei, & audiebat verba de ore eius. Non est operæ pretium aliorum Patrum sententias recensere.

Martha igitur typus est vitę actiue; Maria, imago vitę contēplatiue. Illa discurret, laborat, ministrat, & ad summum stat, ista sedet, & secus pedes Domini, omnium terrenorū oblita, requiescit. Quia actiua vita veluti in trāitu somnum cōtēplationis suscipit, quod ad operandum amissas vires recuperet. Cōtēplatiua verò ex professo cōtēplationi diuinorum vacat, eamq; tamquā finem, & scopū suę exercitatiōnis assumit. Vtrumq; Gregorius pulchrē verbis, quę subiūciam, expressit. De actiua enim vita sic ait. E contra autem actiua vita, quę frequens circa ministeriū satagit, rara est in secreto contēplationis. Nam quę æterna sibi præparare, non sedēdo, & audiendo, sed satagendo, & ministrando proposui, nõ damnū, sed dispendium putat, si sibi vacans, & sua petens, & non quę aliorum, a solita obsequiorum oblatione requiescat. Plus igitur operādo laborat, minus obsecrat. Vnde & Martha, quę circa frequens ministeriū satagebat, stetit, & locuta est. Quę enim stetit, ei nimirū sedere nõ licuit: quia si ad audiendū sederet, imperatum fortasse ministerium, & insufficientis impendisset. Et notandum, quia transeundo Dominum Martha vidit, non tamen transeundo, sed stando loquitur. Nam Euangelista cautē

A expressit, dicens: Quę stetit, & ait. Quo profecto exemplo instrumur, vt qui fratribus ministeria exhibemus, si per moram sedere ad redemptoris pedes non possumus, per aliquantulam morulam redemptori assistere debeamus. Sed bene ei assistimus, si transeundo, & seruiendo videamus. Quid est autem transeundo Dominum cernere, nisi in omni nostro bono opere ad ipsum cordis dirigere intentionem? Transimus enim, quando huic illuc discurrendo, in membris suis Domino ministramus. Sed transeundo Dominum cernimus, si per omne quod agimus, præsentem nobis ipsum, cui placere cupimus, contēplamur. De contēplatiuis verò, ita præmiserat.

B In transitu ergo operationem habent, quia etsi aliquando operantur, quasi currendo hoc deserunt, qui ad locum dilectę solitudinis magno spiritus impetu impelluntur. Nam quia totis desideriis in æternorum amore requiescunt, videre magis quam ministrare appetunt. Rari ergo sunt in publico operis, assidui in secreto contēplationis, foris parum, satis intus immorantur. Nam & fornicationem esse, solent iudicare, vel ad momentum a Christi contēplatione discedere. Meritò ergo actiua vitę stans tamquam parata ad laborandum, & contēplatiua sedens tamquam vocata ad quiescendū, introducitur: quoniam illius finis est bonis operibus, atque fructuosis actionibus inhærere: istius verò, creatori suo intendere, & sponso intelligentia, & amore copulari. Bene Martha stetit (inquit Beda) & Maria secus pedes Domini sedisse describitur: quia vita actiua laboriosè desudat in certamine: contēplatiua verò pacatis vitiorum tumultibus, optata iam in Christo mentis quiete perfuitur.]

Vide autē, quā aptē istę sanctę sorores duplicis huius vitę referant ministeria, & omnimodam perfectionem repręsentent. Martha enim satagit circa frequens ministerium. Hoc est, mūdāt domum, in qua Christus excipiendus est; ornat cubiculū, in quo cōmoretur, parat escas, quibus libetē vescatur; sternet lectum, in quo dormiat, & fatigata membra requiescat: ac tandem propter amorē Domini discipulos etiā excipit, & benignis fouet obsequiis. O quis eā videret, seruos vocatē, ancillis imperatē, per se ipsam laborantē, huc illucq; discurrentem, laborem quidem cum aliis patientem, sed omnium curas in se suscipientem, tanto hospiti, præsertim lassō, & fatigato, congruum hospitium offerret, & debita sedulitatis officia præstaret. Ita actiua vita, cōtitione, purgat animā a peccatis quā Christus inhabitet, exornat virtutibus cubile mētis, vt digna ipsius habitatio fiat, cibum componētī cordis, atq; humilitatis subministrat, spinas prauorum affectuū euellet, & in lectulo spiritus, bonorum desideriorum flores spargit. Legerat enim, quia lectulus sponso floridus, & propter eum virtutum moralium actionibus occupata, proximis obsecundat.

E At Maria sedens secus pedes Domini audit verbū illi, nõ sollicita discurret, sed sedēs requiescit, omnium externarū occupationum oblita. Et sedet iuxta pedes Domini, non dormiens, neq; otio torpens, sed vigilans atq; sponso suo oculis, & desideriis intenta. Ibi doctrinā verbī quietē audit, in corde recōdit, & ex ea elicit ardentissimi amoris effectum. Sic prorsus vita cōtēplatiua, sollicitudinibus vacua, in sola rerum diuinarum meditatione requiescit. Sedet secus pedes Domini, dum iam eius misericordiam erga iustos cogitat, iam eius iudicium erga peccatores cōsiderat. Nõ loquax est, nec parat sicut Ethnici, quod

Basili. in
const. ma-
nast. c. 2

Aug. ser.
27. de ve-
ris Domi-
n. c. 3.

Bern. ser.
5. de Al-
sumpt.

Greg. in
m. 14.
in Eze-
chiel.

Greg. 5. in
1. Regum.

Beda in
c. 10. Lu-
c.

Can. 1.
17.

Luc. 10.
39.

Mat. 6. 7.

ci, quod

ci, quod in multiloquio suo exaudiat; sed magis audit, & verba sponit dulciora super mel & fauam auscultat. Ei loquenti respondet non verbo, sed corde, non voce, sed animo, non compositis sermonibus, sed puris, & succensis affectibus. Rogat illum, non si ne lachrymis, ut pedes sibi lauari, & osculari permittat. Hoc inquit (ut verbis Cypriani utar) in muliere peccatrice aliquando passus es, Domine, nec dedignatus es in mensa solenni multis conuulentibus infamis personae suscipere famulatum: cuius deuotio vsa est tibi capillis pro lineo, oculis pro catino, lachrymis pro baptismo: tetigit, lauit, & unxit vnguento. Maerata intrinsecus anima proprium in sancta sanguinem intulit, singula suum prebuere ministerium: cor contritum erupit in lachrymas, fides lauit, charitas unxit. Haec multa in conspectu tuo congerens haulocausa, de fonte cordis fletus hausit, quos protulit: de poenitentiae pyxide vnguenta, quae obtulit, caputque pro suppedaneo strauit: crinibus circumfusis pedes lacros inuoluit, & terfit. Nihil sibi de se retinens, totam se tibi deuouit, & tu affectum potius, quam factum attendens, vngebas vngentem: abluebas lauantes, tergebas intrinsecus poenitentem.] Da ergo, Domine, inquam, ut sic ego faciam, ne indignum contemplatricis vitae nomen usurpem. Da, inquam, ut mysteria tua bonarum cogitationum epillis inuoluam, internis luminibus circumspiciam, fletibus rigem, quo ex eorum meditatione fructus dulces percipiam. Caput meum, id est, ratio, tuis pie sermonibus subdit: cor amore succensum nihil sibi creaturarum permittat accedere: quod non est vestigio dilectionis igne consumat. Nihil in me sit, quod non sanctis cogitationibus promouendis, & inflammandis affectibus consecratur. Sic enim illud vnum inueniam summe necessarium (& tu ipse es) sine quo finem, cuius causa creata sum, assequi nullatenus possum.

Non solum autem Martha, & Maria ministeria actiuae & contemplatiuae vitae designant, sed etiam maximam earum perfectionem praeseferunt. Nam, praetermissis illis primis mulieribus, quae tyrocinium tantum istarum vitarum figurant: dum altera multis actionibus distinctur: & altera a multitudine actionum discedit: Martha, & Maria earundem vitarum absolute demonstrationem demonstrant. Phenenna quippe insultat Annae, & quasi infecunda msterilemque contemnit. Lia, etsi non spernit, Rachelis tamen nullam rationem habet: At Martha, tantum abest, ut Maria sororem contemnat, aut suum opus pro nihilo ducat, quod potius eius iuuamen impense cupiat, & non sine querimonia a Domino exposcat. Domine (inquit) non est tibi cura, quod soror mea reliquit me solam ministrare? Dic ergo illi, ut me adiuuet.] Quae autem maior perfectio actiuae vitae potest excogitari, quam quod exiguitatem propriam agnoscens, orationem suscipiat, & ad propria onera sustinenda, contemplationis adiutorium exquirat? Anna plorat, & aegre fert a socia contemni: Rachel inuidet sorori suae, & filios habere concupiscit: Maria tacet, & nec querelis respondet, nec aliud optat, quam verba Domini aure mentis excipere, eius conspectu frui, & amore letari. Et haec summa est vitae contemplatiuae perfectio, dum nec querelas tepidorum aduertit, nec iniurias murmuratorum reputat, nec splendorem actiuorum cupit: sed hoc magnum est eius desiderium, adherere Christo, & non tam occupationis sollicitudine, quam orationis, ac contemplationis studio Ecclesiae proficere. Illae sex mulieres primae inter homines comorantur, hominibus obsequuntur, Martha, & Maria seruiunt Domino, illa ei ministrando, haec vero eius

A decorem, & pulchritudinem contemplando. Ut dicamus hunc esse maximum huius duplicis vitae profectum, cum scilicet contemplatiua vita, transcursum imaginibus corporalibus diuinitatem ipsam nouerit contemplari: & actiua transgrediens homines, in illis didicerit Christum intueri, & soli Domino famulari. Hanc vitae contemplatiuae perfectionem tetigit Dionysius Richelius, dicens: Contemplatiua vita bipartitur, ut sit vna intuitiua, atque formabilis; alia theoricam, itemque formata. Quarum prima designatur per Rachelem, quae erat pulchra facie, non tamen omnino carnalibus mortua, alia per Mariam, quae sedebat, vni necessario amorose intenta, & omni carnali affectioni penitus mortua, atque in Christo solummodo viua.] Ad perfectionem vero actualis vitae, Augustinus actiuos inuitat. Ne quis tamen vestrum (inquit) forsitan dicat: O beati, qui Christum suscipere in domum propriam meruerunt: Noli dolere, noli murmurare, quia temporibus natus es, quando iam Dominum non vides in carne, non tibi abstulit istam dignationem. Cum vni (inquit) ex minimis meis fecistis, mihi fecistis.] Ecce quatuor imaginibus vitae actiuae & contemplatiuae, in quibus earum pulchritudo delineata conspicitur, quam equum est, ut semper cupiamus, sed non sine debito ordine consequi festinemus.

De imaginibus vitae mixtae, & quare viris sit designata.

CAPVT XVIII.

MIXTA à vitae actiuae, & contemplatiuae imaginibus, ad vitae mixtae typos transeamus, qui profecto nec pauciores sunt, nec minus illustres. Hanc vitam quinque viri in primis nobiles, atque prestantes praesignarunt, quorum institutum, qualis esse debeat minister Euangelicus clarissime aperit, & quanta sit dignitas vitae eius euidenter ostendit. Neque enim dubium est Dauidem, Elcanam, atque Iacob huius vitae mixtae gestisse personam, siquidem illas mulieres vitae actiuae, & contemplatiuae figuras in coniuges accipere meruerunt. Et sicut qualibet istorum duas uxores, aut habuit, aut exoptauit, quibus coniunctus iam vnus fructu, iam alterius conuictu, ac conuersatione frueretur: Ita Apostolicum institutum professus, cum duabus vitis, actiua scilicet, & contemplatiua, debet inire commercia, ut modò vni, modò alteri satisfaciens, nullius meritis careat, atque virtusque cumulatifima praemia recipiat.

Primus ergo vir, qui vitam mixtam representat, fuit Dauid. Ille manibus fortis (sic enim Augustinus, & Gregorius eius nomen interpretantur) qui manibus corporis ita laborabat, ut veniente leone, vel vrsu persequeretur eos, crueretque praedam de ore eorum, & manibus mentis quae affectiones sunt, ita Deum apprehendebat, ut ipse Deus esset pars, atque beata possessio. Ille magnus contemplator, & fortis bellator, magnus quidem contemplator, cui constitutum est de Christo Dei Iacob, egregio psalter in Israël. Qui verè ait: Spiritus Domini loquutus est per me, & sermo eius per linguam meam:] Robustus autem bellator, nam sedens in cathedra sapientissimus princeps inter tres, ipse est quasi tenerimus ligni verticulus, qui octingentos interfecit impetu vno.] Haec eadem praestat vita mixta, quae iam proximò inuatur, & à Diaboli potestate eripit, dicens cum Iob:

Conterebam

Cypr. lib. de card. oper. Chri. de abluu. pedum.

Dionys. lib. 2. de vita ch. sine solitarij. art. 8.

Aug. ser. 26. de uer. Domini.

Matt. 25. 40.

Aug. in pref. p. sal. 34. Greg. lib. 6. in 1. Regum. 1. Reg. 27. 34.

2. Reg. 25. 1. Ibidem 8.

in Lsu.

1. 1.

1. 10.

1. 6. 7.

Iob. 21. 17.
Psal. 26.
8.
Iob. 29.
17.

Bern. in
Psal. 16.
8.

1. Reg. 1.
1.

Isaia 59.
15. 3. 16

Prov. 8.

Hier. in
Iob. 6. 1.

Brda lib.
1. in Reg.
c. 1.
Ephes. 4.

Orig. ho.
in lib. Re.

Conterebam molas iniqui, & de dentibus illius au-
ferebam pradam.] Iam ad Deum toto peccore an-
helat, ita suspirans: Tibi dixit cor meum, exquiriuit te
facies mea, faciem tuam, Domine, requiram. Iam sedens
in cathedra, non sine auctoritate, & imperio intruit
scientia ignorantes, pusillanimes mansuetudine mul-
cet; & proteruos increpationibus, ac minis exterrit.
Iam cum magna humilitate ad pedes prostrata Domi-
ni tamquam egregia pialtes, eius perfectiones com-
memorat, & amore flagrans, misericordias, bene-
ficiamque collaudat. Planè ad omnia parata, quæ Do-
minus, eius opera & ministerio prastare uouerit, si-
cut Dauid, de quo hæc inquit Bernardus. Audi homi-
nè, quem secundum cor suam inuenerat Deus: Paratum
(inquit) cor meum, Deus, paratum cor meum:]
Paratum ad aduersa, paratum ad prospera: paratum ad
humilia, paratum ad sublimia; paratum ad uniuersa,
quæcumq; præceperis. Vis pastorem ouium facere? Vis
constituere regem populorum? Paratum cor meum
Deus, paratum cor meum. Quis ut Dauid fidelis in-
grediens, & egrèdiens, & pergès ad imperiũ regis?]
ita istam vitam amplectens, paratus est, & in publico
prodire, & secum in spe, & silentio commane-
re; animarum lucra sectari, & extrinsecus sunt,
inhæreret; vacare Deo, & ad tempus proximorum
causa, Deum propter Deum derelinquere: Certe
paratus ad omnia, quæ Dominus per illum, & in il-
lo disposuerit operari.

Secundus uir fuit Elcana, de quo in primo regno-
rum volumine, hoc scriptum reperimus. Fuit uir vnus
de Ramathaim Sophim, de môte Ephraim, & nomè
eius Elcana: & habuit duas uxores, nomè vni Anna,
& nomen secunda Phenèna.] Tria in istis uerbis in-
tinuantur uiri huius egiia: Nam, & uocatur Elca-
na, & uir, & vnus uir. Elcana interpretatur possessio
Dei; & magnus profectus est ille, cuius inter ingètes
creatoris opes, ratio habetur, & qui in possessionibus
regis ditillimi numeratur. Si enim non consueuimus
uocare possessionè regis, aliquid paruũ, & exiguum,
ut denarium, aut obolum, sed aliquid magnũ, atque
pretiosum, ut urbem, aut Prouinciam, aut Regnum;
nũquam Scriptura sancta hunc uirum in Dei posses-
sionibus recenseret, si nõ aliquid nobile, pretiosum,
& illustre denotaret. Uir, tum uirtutis est animi, tum
& honoris, ac dignitatis insigne. Nam, & malum ap-
paruit in oculis Domini (inquit Isaias) quia non est
iudicium, & uidit quia nõ est uir, hoc est, homo for-
tis, & cõstans, & aporiatu est, & ut, more nostro lo-
quamur, obstupuit, quia non est qui occurrat ei. Et
apud Salomonem: Sapientia (inquit) õ uiri, ad uos
clamo, & uox mea ad filios hominum.] Qua oratio-
ne nobiles, & ignobiles ad suos sermones audiendos
inuitat. Vocatur ergo uir, tum, ut eius uirtutem, ani-
miquè fortitudinem intelligamus; tum, ut nobilitatè
& amplitudinem eius supra alios homines medite-
mur: Vnus autè uir, eius cõstantiã, ac mentis firmita-
tem designat. Vnde Hieronymus: Elcana, qui inter-
pretatur possessio Dei, pater sanctissimi Samuelis
Prophetæ, uir vnus appellatur: Nõ enim per diuersa
mobilis, atq; instabilis ferebatur, sed firmus, atq; in-
cõcussus persistens, uir vnus erat.] Et in eandè senten-
tiam Beda uenerabilis. Vnus (inquit) ad titulum lau-
dis Elcanæ respicit, qui uidelicet iuxta Apostoli mo-
nita, stabili existens, & immobilis, abundas in ope-
re Domini, semper non fuerit circumductus omni
uento doctrinæ.] Vocatur itaq; uir vnus, quia per in-
constantiam animi, non erat in cõtrarias partes dif-
cissus, neq; ab intentionis rectitudine separatus. Hic
tantus uir in môte Ephraim, & Ramathaim Sophim
habuisse dicitur (inquit Origenes) in alta scilicet

A contemplatione uirtutum, ut à nullis subiacentibus,
& circumlatrantibus uitorum cogitationibus, mē-
tis eius sublimitas deiceretur, uel uinitas scinderetur.
Et duas uxores habuisse perhibetur, ex quibus fi-
lios Deo generat, & vni satisfacit, & altera cõsolatur,
& uirtutiq; onera sustinet, & curam domus familiæ-
que supportat: O quàm bene hæc omnia uita mista
cõueniunt. Ipsa est possessio Dei tam magna, ut alias
eius possessiones, uitam scilicet actiuam, & contem-
platiuam cõtineat, uniuersaq; uirtutum actiones, &
ueritatum speculationes cõplectatur. Cui nõ ineptè
illud Baruch admirantis accomodabimus. O Israel,
quàm magna est domus Dei, & ingens locus posses-
sionis eius.] Magna quidem domus est uita hæc, quæ
Apostolos ipsos, & Apostolicos uiros hoc institutum
sequentes, capit, & ingès possessionis locus, qui om-
nes spirituales diuitias, siue quæ ad actionem, siue quæ
ad contemplationem spectant, comprehendit. Ipsa
nomine uiri signatur, quoniã non est tenera, nec deli-
cata, sed robusta nimis & fortis, quæ non tantum
sibi consulat, sed & aliorũ curam sustineat, quæ diui-
nis consolationibus onerata, proximorum onera nõ
excusat, quæ laboribus & angustiis externis affecta
dicat cum Paulo: Præter illa, quæ extrinsecus sunt,
instãtia mea quotidiana, sollicitudo omnium Ecce-
sitarum] Sane huic deesse nõ potest honoris magni-
tudo, nobilitatisque præstãtia, siquidem tanti præstij
existimatur, ut aliis prælata eos luce diuinitus data
intrauat, prudentia gubernet, & in præstantissimum
finem, scilicet, in beatitudinem dirigat. Ipsa etiam
uocatur vnus uir, quia re uera uita est, licet ex
diuersis partibus constituta. Sicut enim homo no-
bilissima omnium rerum naturalium creatura, ex
corpore, & spiritu, rebus ualde distãtib; constituitur,
ita uita hæc, quæ sine dubio præstantissima est,
& ad eõdè homini accommodata, ut propemodum sola
uita hominis esse uideatur, ex operibus ualde dif-
stantibus, nimirum ex actione externa, & intima cõ-
templatione coalescit. Vna est, quia tam uaria, atque
disita ministeria in vnum tantum scopum refert,
atque in illis soli Deo placere, & proximis p̄desse
cupit: Illud Bernardi documentum in mente ha-
bens: Nisi opus tuum in uinitate feceris, Deo, qui
vnus est, acceptum (teste ipso) profectõ nõ erit.

B Vna denique quia immutabili quodam tenore, tem-
pus inter multas occupationes distribuit, & in mul-
tis rebus ita ordinem seruat, ita mentis tranquillita-
tem custodit, ac si vnum tantum opus efficiendum
suscepisset. Hæc ergo uita in Ramathaim Sophim
habitar, & in monte Ephraim. Nam si (ut inquit
Origenes) Ramathaim altitudinem, Sophim specu-
lam, & ephraim fructificationem significat, quid est
in his habitare, nisi curas suas in contemplationè
Dei, atque in animarum fructus, & emolumenta
conuertere?] Et duabus illis mulieribus Annæ &
Phenennæ coniungitur, quia uitam mistã amplexus
ad perfectionem suam, iam contemplationi Dei,
iam sanctæ actioni, qua proximos iuuat, copulatur.
Est igitur Elcana imago huius excellentissima uitæ,
siquidem eum, his donis ornatum uidemus, quæ ui-
tæ isti cognata esse conspicimus.

C Tertius uir est sanctus Iacob, uel cum uirgas il-
las populeas uirides, & amygdalinas ex parte de-
corticat; uel cum in itinere scalam illam à terra usq;
ad cælum protensam considerat; uel cum duarum
uxorum Liæ, & Rachelis amplexibus uacat. Nam
si (ut exposuit sanctus Pater Athanasius) uirga
illa in canalibus posita, ut à gregibus uiderentur,
uitam actiuam, & contemplatiuam designat:
Quid est sanctum Iacob uirga uirga per ordi-
nem

Baruch. 3.
24.

1. Corint.
11. 28.

Bern. ser-
s. de as-
sumpt.

Origen.
hom. in li.
Regum.

Athan. li.
de uariis
ques. qu.
100.

Genes. 30. 43.

nem ponere, nisi ministrum Euangelij, vtriusque vite actionibus operam dare?] Hac industria ditatus est homo ultra modum, & habuit greges multos, ancillas, & seruos, camelos, & asinos. Atque eadem solertia religiosus incomparabilis diuitias acquireret, innumeros habebit ouium greges, & purissimos agnos ex hœdis conficiet, peccatoresque in iustos conuerteret, quos summus rex Christus in postremo die à dextris constituat. Nec non & ancillas, & seruos possidebit, dum affectionum suarum dominium comparabit. Et si scala illa mystica vitam spiritualem significat, per quam à terra in cœlum conscendimus, quid aliud erit scalam, & Angelos ascendentes, & descendentes aspiciere, nisi proprię vitę contemplationes, quibus vir Apostolicus Deo intendit, & actiones, quibus proximos iuuat, examinare? Vnde Gregorius, Iacob, prædicatores signat, qui non solum caput Ecclesię, id est, Christum contemplando appetunt, sed ad membra illius miserando descendunt, quod Angeli ascendentes, descendentesque demonstrant.] Nec vacat mysterio, quod Iacob, non in terra Chanaan, sed in itinere, & post solis occasum scalse visionem conspexit. Hoc enim significat (vt annotauit Beda) vnumquemque non videre visiones spirituales, nisi deserat peccata, & vitia, nec nisi post occasum glorię mundialis cœlestia mysteria conspiciere.] Denique si illa duę mulieres (vt diximus) duas prædictas vitas figurant, quid erit Iacob ambas in vxores accipere, nisi virum, quem ille signat, actioni, & contemplationi vacare? O quam prudenter iste domum sociari effugit! quam constanter cum suis vxoribus, & filiis longa itinera peragravit quam sapienter fratrem, qui impedimento esse possit, muneribus placat, quam gnauius suam familiam disponit, quam fortiter cum nuncio cœlesti luctatur! quam feliciter in locum sibi destinatum ascendit! Hęc omnia virum huius altissimi instituti cultorem præferunt, & suorum laborum merita, & præmia, manifestissime ostendunt.

Greg. in post. 2. p. c. 5.

Beda in Genes. 28.

Greg. in post. 2. p. c. 5.

Quartus vir est Moses, cuius institutum his verbis describit Gregorius. Moyses cepit tabernaculum intrat, & exit, & qui intus ad contemplationem rapitur, foris infirmantium negotiis virgetur, intus arcana considerat: foris onera carnalium portat. Qui de dubiis semper ad tabernaculum recurrit, coram testamenti arca Dominum consulit, exemplum ductoribus præbens, vt cum foris ambigunt, quid disponant, ad mentem quasi ad tabernaculum redeant, & velut coram testamenti arca Dominum consulant, de quibus dubitant.] O non tam figura & imago, quam huius præstantissimę vitę veritas! Sic enim hanc vitam profitentes se gerere debent, vt Moses. Qui scilicet, nunc mentis tabernaculum ingrediuntur, vt Dominum videant, nunc ad proximos egrediuntur, vt eorum spirituali necessitati subueniant. Prius contemplantur, & postea, quę apud Dominum faciendę, & dicendę cognouerint, ea in utilitatem fratrum, & faciendę, & dicendę. Antea Dominum consulant, & eius voluntate cognita, quod ipse præscripserit, actione perficiant. Hac ratione contemplatio erit præstantior, & actio, tum fratribus nostris utilior, tum laboranti fructuosior. Istud sanę faciebat Paulus, illustrissimum eorum, qui mistam vitam sequuntur exemplar. Iam enim in tertium cœlum rapitur, iam inde descendens ad coniugatorum statum mentis oculos reuocat, & qualiter in occultis conuersari debeant, non sine diuini spiritus illuminatione dispensat. Propter fornicationem (inquit) vnusquisque suam vxorem habeat, & vnaquęquę suum virum habeat. Vxor vir debitum

2. Cor. 1. 2.

1. Cor. 7. 2.

reddat, similiter autem & vxor viro.] Ecce iam cœlestibus secretis inseritur (ait Gregorius) tamen per cõdescensionis viscera carnaliũ cubile perferatur, & quem subleuatus vsque ad inuisibilia erigit, hunc miseratus ad secreta infirmantium oculus cordis flectit Cœlum contemplatione transcendit, nec tamen statum carnalium sollicitudine deserit, quia compage charitatis, summis simul, & infimis iunctus, & in semetipso virtute spiritus, ad alta valenter rapitur, & pietate in aliis æquanimiter infirmatur.] Qui ergo animabus medendis intendunt, hunc sanctissimum Apostolum, ac doctorem gentium, sibi exemplum proponant, hunc vitę ducem, & antesignanum habeant. Et sicut ille, ita orationi vacent, & choris cœlestibus se ingerant, vt tamen paruulorum animas, sanguine Christi redemptas, non spernant: & ita in animarum salutem incumbant, vt secretum orationis non omittant, & sanctas meditationes, ac diuina colloquia, sui ipsorum obliti, non deserant.

Greg. supra.

Quintus denique vir est, Aod, quem Scriptura saluatorem vocat, qui vtraque manu pro dextera vtatur. Talis enim esse debet, qui vitam mistam proficetur: Certè animarum liberator, quẽ Deus voluntariẽ genuit verbo veritatis, vt sit initiũ aliquid creaturę eius.] Vt scilicet populũ suum velut alter Aod, ab spiritualibus Moabitibus eripiat, in quibus Dæmones significantur, & in filiorum Dei libertatem afferat. Certè robustus, & fortis, qui intrepidè pugnet, & aduersus Domini hostes sine timore prælietur, & vtraque manu pro dextera vtatur. Manus dextera (vt mihi quidem videtur) oratio; manus sinistra, actio externa est. Ille igitur sicut Aod, vtraque manu vtitur pro dextera, qui pariter, & ex instituto inter altissimã orationem, & vtilissimam operationem temporis spatia partitur. Et fortassis gladij, quos hic spiritualis Aod vtraque manu vibrat, vita actiua, & contemplatiua sunt. Illi, inquam, gladij, quos Domino discipuli obtulerunt, dicentes: Ecce duo gladij hic.] Et Dominus eos, esse satis magna asseueratione pronunciat: quia in perfecto viro, nihil aliud nisi actionis, & cõtemplationis perfectio requiritur. Et hoc modo Abbas Theophilus, apud Ioannem Euiratum, hos duos gladios interpretatur, dicens: Duo gladij duas vitas significant, actiuam, & contemplatiuam. Si quis ergo has duas virtutes habeat, hic perfectus erit. Qui itaque ad perfectionẽ ascendere cupit, non vno tantum gladio pugnet, sed duobus, oratione scilicet, & actione dimicet, & sic vitia sua, & vitia proximorum felicissima victoria prosterneret.

Iudic. 3. 15.

Iacob. 1. 18.

Lucæ 2. 38.

In prouto spirituali c. 40.

Nec mirum videatur vitam mistam viris, & non mulieribus fuisse hucusque præsignatam: hoc enim ideo factum est, quia nõ est vita puerorum, neq; mulierum; sed re vera vita fortissimorum in Christo virorum. Anima namq; quę actiuę vitę limites nõdum excessit, neq; adhuc nouit externis occupationibus, licet bonis, orationis, ac cõtemplationis exercitatione adiuuere, patula quidẽ est, neq; spiritualis vitę reliquit infantia. Quę verò diuinis meditationibus, ac colloquijs occupata fratrum salutem nõ curat, hęc ad ipsorum profectum onera ministeriorũ admittit, de numero videtur esse adolescentulatum, quę spõsum valde diligentes, trahuntur post eum, & currunt in odorem vnguentorum eius.] At illa tam fortis, & animosa, quę nullum genus interiorum exercitationum ignorat, & simul nullam externam functionẽ proximo salutem necessariam refugit, quę quiete ac mentis tranquillitatem impensè amat, & propter Deum nullam curam, nullam sollicitudinẽ auersatur, quę in eremo, & in foro indifferenter viuunt, &

Can. 1.

vtrobiq;

uch. 3.

Corint. 28.

in ser. le. as. npe.

Origen. in li. sum.

in li. variis. q. qu. 5.

Genes. 2.
24.
Luca. 6.
12.

utrobique æquè feruida est, æquè tranquilla, & sine
distractioe animi rebus diuinis intenta; hæc infan-
tiam vite spiritualis excedens, & teneritatem adole-
scentularum superans, fortitudinem virilem habet,
& planè virtutem robustissimorum concepit. Hæc
vocetur virago, quia de viro sumpta est,] & ad Chri-
sti Iesu normam effecta, ià per diem in templo ani-
morum infirmitates curat; ià pernoctat in oratione
Dei.] Heu me miseram, qui tot annis vitam fortissi-
morum profiteor & numquam pusillitatem infan-
tium, aut molliem adolescentularum egredior! Si
actiones externæ me tenent, spiritum deuotionis, &
Dei conspectum conseruare nequeo: Si aliquando
spiritus sanctus perfians mentem meam sanctis cog-
itationibus, & puris affectionibus replet, molestissi-
mè occupationes obedientiæ sustineo. Nolo tamè
despondere animum, sed clamabo, plorabo, postula-
bo, laborabo, donec mihi à Domino concedatur, vt
fiat duplex spiritus Domini super me, & vtrumque
donum actionis, & orationis valeam accipere.

Quod vita mista etiam fuerit mulieribus
designata.

CAPVT XIX.



Es eximia, & plusquam communi di-
gnitate pollentes non possunt, vna tã-
tum ratione describi, neque vno figu-
rarù genere præsignari. Ideo enim Sal-
uator noster Christus (vt probationè
à maiori petamus) agnus, leo, vitulus, margarita, the-
saurus, fòs, petra, lapis angularis, & aliis multis no-
minibus, quæ Ambrosius, Hilarius, & Nazianzenus
retulerùt, vocatus est, quia eius virtutè, atq; præstan-
tiam non valuit vnù nomen exprimere, neque vna
sola imago declarare. Cùm ergo vita hæc mista, cuius
propria delineanda suscepimus, præstantissima sit, &
verè vita Christi Iesu, quam postus in terris exco-
luit, non mirum, si necdum plenè in quinque præ-
fatis viris exposita, in tribus adhuc feminis & il-
lis nobilissimis, ac illustrissimis, designetur. Qua-
rum prima (vt Hugo Victorinus insinuat) est Regi-
na Saba, cuius iter discendi gratia sacra Scriptura
commemorat. Nam relicto patrio solo, venit Iero-
solymam tètare Salomonè in ænigmatibus. A quo,
cùm ei suas proposuisset dubitationes; ita est lucu-
lenter edocta, vt nullum scrupulum Salomon, nul-
lum nodum insolutum reliquerit. Videns autem
apparatum domus regiæ, & profundissimam Salo-
monis scientiam, sapientiàmque considerans, veluti
in extasim rapta, dicebat; Verus est sermo, quem
audiui in terra mea super sermonibus tuis, & super
sapientia tua, & non credebam narrantibus mihi;
donec ipsa veni, & vidi oculis meis, & probaui,
quod media pars mihi nunciata non fuerit: Maior
est sapientia, & opera tua, quam rumor, quem audi-
ui.] Nec sola hac magnifica laudatione contenta,
obtulit regi centum viginti talenta auri, & aromata
multa nimis, gemmâque preciosas, vt tum amoris,
tum grati animi significationem ostenderet. Quæ-
nam est ista regina, nisi aut vita mista, aut anima
religiosa, quæ huius vite se officiis consecrauit?
Quæ est ista regina Austri (inquit Richardus) &
illius calidæ regionis inhabitatrix, & domina, &
videndi Salomonis desiderio succensâ? Quæ, in-
quam, est regina, nisi quelibet anima sancta, sen-
sibus, & appetitibus carnis, cogitationibus, & affe-
ctibus mentis fortiter præsidens, & summi regis,
verique prorsus Salomonis dilectione feruens, vi-

Ambr. 1
de fide cõ
tra Ariã.
Hilar. lib.
de patris
& filij v-
nitate.
Nazian.
li. de fid.

Hugo lib.
2. de clas-
anima. c.
20.
2. Reg.
10. 7.

Richar. 5.
de consp.
c. 12.

dendique desiderio ardens?] Hæc anima in regina
Æthiopiæ figuratur, talis quippe erat regina Saba
(vt Theodoretus ait) nigra, & pulchra, quia potest
rectissime dicere, Nigra sum, sed formosa filia Ieru-
salem, sicut tabernacula Cedar, sicut pelles Salo-
monis. Nigra quidem, cura & sollicitudine actio-
nis, formosa verò, requie & tranquillitate contèpla-
tionis. Nigra, laboribus animarum gratia susceptis,
formosa, affectibus feruidis, ex diuini amoris abun-
dantia comparatis: Nigra misericordiæ operibus,
quæ mentem, & corpus affligunt, formosa medita-
tione diuinorum, quæ molestias, & labores alleviat.
Ista igitur anima prius suam regionem deserit, hoc
est, semetipsam, & proprium amorem, ac commoda
derelinquit, vt pacificum regem alloqui, & eius cõ-
spectu frui possit. Vt enim (inquit Gregorius) nisi
quis à semetipso deficiat, ad eum qui supra ipsum
est, non appropinquat.] Deinde Salomonem de
dubiis interrogat, & humiliter audit, cùm Christum
verum regem, & dominum in intimo orationis lo-
quentem, & inspiratè auscultat. Domus eius opes
superbas, & aulæ magnificentiam videt, cùm & cœ-
lestium rerum meditatione fructus carpit, vtilita-
tèque non modicam experitur. Parum namque
videret captiuo liberato, conueto, & accenso (vt
Hugo ait) audire prædicationem, nisi probet per af-
fectum, & videre per cognitionè, nisi probet per af-
fectum.] Et tandem offert Domino aurum, aromata, &
gemmas pretiosas, cùm animas prædicationis verbo
conuersas, in eius domum, & possessionem traducit.
Quod namque aurum anima peccatoris iam con-
uersi pretiosius? Quod aroma luanius? Quæ gem-
ma, aut margarita pulchrior? Cuius gratia verbum
patris omnipotens de cœlo à regalibus sedibus in
mediam extremij terram profiliuit.] Et sanè cùm
ex bonis operibus sibi premium æternum donandù
coniectet, & in diuinis colloquiis vix aliquam stillâ
future felicitatis degulset, meritò dicit: Neq; dimi-
diam bonorum partem, quæ sperat, sibi narratâ fuis-
se.] Quia illa bona futura, sine vlla comparatione,
omnibus bonis huius sæculi maiora sunt, quæ nec
oculus vidit, nec auris audiuit, neque vquam cor
hominis apprehendit.
Vide ergo quàm aptè anima ista in Regina Æthio-
piæ depicta sit. Nã primò egreditur de patria sua, &
obliuiscitur populum suum, vt eam Dominus con-
cupiscat, & non solum, vt tenellam adolescentulam
diligat, sed vt sponsam charissimam filiorum matrè
efficiat. Deinde excipit doctrinam pacifici Salomo-
nis, & domus eius magnalia cõsiderat, quæ internis
auribus audiens, mente reuoluens, & cõplectens vol-
untatis affectu, contèplatiuæ vite manus exequitur.
Tãdem offert ei ditissimũ aurum, & aromata multa,
gemmâque pretiosas; hoc est, charitatis opera, mis-
ericordiæ labores, vniuersarumq; virtutum actiones,
quibus actiuæ vite præstat officia. Ista enim dona
Christo seruatori oblata, bona opera significare. Ori-
genes, hũc locum per allegoriam de Ecclesia intel-
ligens, hac oratione declarat. Offert Christo Ecclesia
in auri specie, & pondere, non solum multitudinè
sensuum suorum, & intellectuum, sed legi Dei cõse-
cratos indicat sensus suos, per hũc, qui Moyis annos
vite continet, numerũ. Offert etiam suauitates odo-
ramentorum, quales & quantas nunquã venerat, vel
orationes in hoc, vel opera misericordiæ intellige.
Nũquam enim, vel tam rectè orauerat, vt nunc, cùm
accessit ad Christũ, vel tã piè operata fuerat, vt eũ
cognouit iustitiã suã nõ facere corã hominibus, sed
corã Patre, qui videt in abscondito, & reddet palã.] I-
sta ergo regina, quæ in terra aliena videt magnalia, &

Theod. in
3. Reg. 9.
32.
Cant. 1. 5.

Greg. in 7.
Psal. pau-
nit.

Hugo lib.
2. de clas-
sro ani-
ma. c. 20.

Sapient.
18. 15.

Orig. ho.
2. in cant.
longè à
principio.

offert

offert dona,alloquitur, & audit mysticam Salomonem, & eius opes, & thesaurus adauget, contemplatur celestia, & operatur vtilia: Certè illam vitam præstantissimam repræsentat, quæ relictis propriis desideriis, & priuatis commodis abiectis, tum Deo, tum proximis vacat, & vtriusque ministerij negotium, in vnam seriem occupationum adiungit.

Sed iam secundam feminam, eiusdem vitæ imaginem, producamus in mediũ, quæ nõ minus apertè eius officium ac institutum declarat. Ipsa est Debora prophetis, vxor Lapidoth, quæ viris (qui verè essent viri,) deficientibus, gubernat populos, & ciuibus iura decernit. Hęc profectò vitam mistam, siue compositam apertissime repræsentat. Debora namque interpretatur apis, quæ in aluuario commoratur, & non nisi ad colligendos flores ex suo receptaculo egreditur, aculeum habet, quo pungat, & dulcèrem, quo alliciat. Eius labor ad hoc tendit, vt suauius mella componat, quæ omnibus, tã magnis quàm paruis, reputatur vtilia. Vnde Origenes. Cuius opus tale est, vt eo reges, & mediocres vtatur ad sanitatem. Ita vita mista est quasi apis studiosa, atque sollicita, quæ duobus ministeriis occupata, vel potius vno, quod duo diuersa officia comprehendit, ita diligenter in vtroque laborat, vt neutrum illorum queribundum derelinquat. Cellam quasi aluariam libes inhabitat, vt in ea sanctorum meditationum, & feruentium affectuum mella cõficiat. Inde autem egreditur, non vt otiosa maneat, nõ vt in negotiis inutilibus per plateas, & vicos discurret, sed vt flores animarum colligat, & ad suum celestis patriæ constructum, inquirat. Nec deesse illi debet, aculeus iustitiæ, & zeli, quo proteruos impellat, nec misericordie suauitas, cuius dulcedine pusillos ad virtutè inuitet. Quare Gregorius, de praelatis loquens, qui præcipuè hanc vitam profitentur, sic inquit. Inesse bonis rectoribus debet iuste confulens misericordia, & pie saeuens disciplina, ne iustitia sit animis aspera, & pietas sit remissa. Sit igitur amor, sed non molliens, sit rigor, sed non exasperans, sit zelus, sed non immoderate saeuens, sit pietas, sed non plusquam expedit parcens.] Nec tandem labor suus talis est, vt solis principibus, & diuitibus prosit (hoc enim indicium ambitionis, & superbiæ est) sed talis, vt etiam pauperibus, ignorantibus, paruulisque proficiat. Græcis, ac Barbaris (ait Vas electionis) sapientibus, & insipientibus debitor sum.] Idem vita mista dicit verbo, & præstat exemplo. Magnos instruit, pusillos docet, diuites vocat ad regnum, & in plateis, & vicis ciuitatis clamitans, pauperes ac debiles, & carcos, & claudos, intrare compellit, ac in omnium vsum suauis doctrinæ Euangelicæ, non minore auiditate quàm charitate, componit.

Erat Debora vxor Lapidoth, quod nomen interpretatur fulgur, & iudex populi à Domino constituta, habitaculum habebat sub palma, inter Rama, & Bethel, in monte Ephraim. Ascendebantque ad eam filij Israel in omne iudiciũ.] Quis nõ videt hæc omnia vitæ mistæ congruere? Hęc profectò vxor est fulguris, nimirum Christi Iesu, cuius aduentus instar fulguris cuiusdam emicat. Nam de illo scriptum est. Sicut fulgur exit ab oriente, & pariet vsque in occidentem, ita erit & aduentus filij hominis.] Et fortè iste est ille gladius, de quo Pater in Deuteronomio, ita est eloquutus. Si acuro, vt fulgur gladium meum, & arripuerit iudicium manus mea, reddam vltionem hostibus meis, & his, qui oderunt me, terribiam. Quis namque est ille gladius, nisi sermo Dei viuus, & efficax, & penetrabilior omni gladio ancipiti,] qui in nouissimis temporibus, qua-

A si fulgur splendebit, & vniuersa penetrabit? Hic ergo Dominus ab ipso die natalis sui vitam mistam in sponfam elegit, & sibi artificio eõiugij vinculo copulauit, & vsque ad diem ascensionis in cælum à latere suo non permisit auelli. Nam, & in illo glorioso præsepi Deum Patrem adorabat, & pastorem, ac regum animas ad creatoris notitiam & amorem vocabat. Et in progressu vitæ suæ, iam in desertũ & in loca occulta, orationis gratia, secedebat. Tam proximorum desiderio ad prædicandum in publicũ procedebat. In cruce verò, & Patrem non sine clamore valido & lacrymis precabatur, & conuersionis sancti illius latronis, & hostium suorum recordabatur. Ac tandem post triumphantem resurrectionem suam, nunc se discipulis patefaciens, nunc à cõspectibus eorum se subtrahens, apertè monstrauit, nõquam se istam charissimam sponfam repudiasse, neque alterius desiderium eius amori prætulisse. Hęc autem via tali sponso coniuncta, tam mirabili viro copulata, quidni sub palma commoretur? Quidni inter Rama, & Bethel tabernaculum figat? Certè sub palma crucis viuit, & inter Rama, & Bethel, id est, inter contemplationem illius excelssæ patriæ, quæ in cælis est, & inter vtilitatem, quam cupit domui Dei, quæ est Ecclesia, tabernaculum habet, siquidem nihil in ea est, quod non aut desiderium supernorum sonet, aut fratrum spirituale emolumentum redoleat. Meritò verò sub palma crucis sedet, & ab ea numquam cogitatione discedit, quia ab ea virtutem ad prædicandum, & fructificandum sumit.

B Hoc enim est, quod sponfus dicit in canticis Ascendam in palmam, & apprehendam fructus eius, & erunt vbera tua sicut botri vineæ, & odor oris tui sicut malorum.] Ascendit ipse in crucem, & ex illa fructus vitæ apprehendit, quos nobis tribueret. Inde autem vbera huius sponse suæ habent, vt lacte doctrinæ intumescat, & os eius odorem sanctæ exhortationis emittat. Quare sapienter Gregorius, huc eundem locum exponens, ait. Verè per cruce[m] vbera sponse, sicut botri vineæ existunt, quia in morte Christi duo præcepta charitatis sensus animæ susceperunt, quibus pasta anima inebrietur, inebriata, posteriora obliuiscatur, & in interiora extedatur. His vberibus etiam proximos quosque nutrit, ac roboratos secum, ad ea; quæ concupiscit, perducit.] Et paulò inferius. Per os sponse, hic debere intelligi eius prædicationem putamus. Quæ dum virtutes martyrum prædicat, dum ad eorum similitudinem animos audientium instigat, dum in vnius prædicatione fidei multas virtutes esse manifestat, quid aliud quàm odorem malorum in ore portat?] Ad hanc igitur vitam sub palma crucis commorantem ascendunt veri Israelitæ, qui saluari volunt, in omne iudicium; quia ab eius doctrina, illius quod æquum, & iustum est, cognitionem accipiunt. Ascendunt prorsus, quoniam ipsa à vanis rumoribus abhorret, & solis diuinis & fructuosis colloquiis delectatur; arque ad eò, qui eius conuersationem quærunt, necesse est, vt res inanes & inutiles deserant, & ad rerum supernarum desiderium ascendant.

C Postremò Debora vocauit Barach, & ex imperio Domini incitauit eum ad pugnandum contra Sifaram principem exercitus regis Iabin. Barach autem onus impositum reluctante, si non ipsa populi gubernatrix in dimicationem pergat, audit ab ea: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria nõ reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sifara.] Et hæc quoque ad vitam mistam pertinere nõ dubium est. Nam vita ista vitum religiosum vacatè

D ac roboratos secum, ad ea; quæ concupiscit, perducit.] Et paulò inferius. Per os sponse, hic debere intelligi eius prædicationem putamus. Quæ dum virtutes martyrum prædicat, dum ad eorum similitudinem animos audientium instigat, dum in vnius prædicatione fidei multas virtutes esse manifestat, quid aliud quàm odorem malorum in ore portat?] Ad hanc igitur vitam sub palma crucis commorantem ascendunt veri Israelitæ, qui saluari volunt, in omne iudicium; quia ab eius doctrina, illius quod æquum, & iustum est, cognitionem accipiunt. Ascendunt prorsus, quoniam ipsa à vanis rumoribus abhorret, & solis diuinis & fructuosis colloquiis delectatur; arque ad eò, qui eius conuersationem quærunt, necesse est, vt res inanes & inutiles deserant, & ad rerum supernarum desiderium ascendant.

E Postremò Debora vocauit Barach, & ex imperio Domini incitauit eum ad pugnandum contra Sifaram principem exercitus regis Iabin. Barach autem onus impositum reluctante, si non ipsa populi gubernatrix in dimicationem pergat, audit ab ea: Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria nõ reputabitur tibi, quia in manu mulieris tradetur Sifara.] Et hæc quoque ad vitam mistam pertinere nõ dubium est. Nam vita ista vitum religiosum vacatè

rod. in Reg. q. an. 1.5.

reg. in 7. ad. par.

ugo. lib. de clau. 10. an. 2. c. 20.

apient. 8. 1. 5.

ig. ho. in cant. ige. de incipio.

Iudic. 4. 4.

Orig. prol. in contr. longè ante suem.

Gregor. in past. p. 2. c. 6.

Rom. 1. 14.

Matth. 24. 27.

Deut. 3. 1. 41.

Heb. 4. 12.

Cant. 7. 8.

Gregor. in cant. c. 7.

Iudic. 4. 9.

monet, dormiētem excitat, vt fratribus suis cōsulat. pro Ecclesia laboret, & aduersus vitorum principem, scilicet Diabolum. expeditionem suscipiat. Ite autem prudenter satis sine huius vitæ societate, & adiutorio ad prælium exire detrectat, quia non est tutum sine orationis præsidio, & laboris industria, aduersus vitia & peccata bellum inire, & cōtra Dæmonem dimicare. Ipse enim cum exercitu suo, non oscitando vincitur, sed intentē orando, & fortiter laborando à cordibus fidelium profligatur. Quo pacto victus est Amalech? Certè Moysē orante, & populo pugnante victus est. Nam cū leuaret Moyses manus, vincebat Israël, sin autem paululum remisisset, superabat Amalech. Ira & nuac animo deprecante, & oculis Scripturam sacram, & non libros vanos legentibus, & auribus impiorū errata in confessione excipientibus, & lingua verborū diuinorum sagittas iaculante (ista enim efficiūt exercitum Domini) Amalechitarum castra sunt prosterrenda, id est, vitia ab Ecclesia fuganda. Quanta igitur est huius viri prudētia, qui ad certamē incundum illius vitæ, in cuius potestate est prosper euentus, societatem, & præsidium exposcit? Et quanta huius vitæ virtus (vt verbis Ambrosij vtar) cui dux exercitus dicit: Nisi tu veneris, non ibo? Quanta vitæ fortitudo, quæ à periculis filium, nec materno reuocat affectu; imò ad victoriam horrat, dicens: Quidd in manu mulieris sit summa victoriæ?] Sed quid est, Ibo quidem tecum, sed in hac vice victoria non reputabitur tibi, quia in manu mulieris (ipsa est Iahel) tradetur Sifara?] Profectò non cessat Dominus mille modis ostendere, quoniam hæc spiritualis peccatorum victoria, non vocibus, sed precibus, non eloquentiæ præcipuē, sed orationi tribuēda est. Iahel (vt ait Origenes) interpretatur ascēsis, & lac, meralem Scripturæ institutionem: clauus verò, vel (vt septuaginta verterunt) palus tabernaculi, crucem significat. Quid ergo est à Iahel hostilis exercitus ducem Sifaram lacte sopiri, & clauo, aut palo vice mucronis interfici, nisi vitam militam studio orationis, quo ad cælestia conscenditur, doctrinam efficacem, quæ vitia consopiat, proponere, & ostensionem crucis Christi, quæ actus dæmonis interficiat, ministrare? Deborat itaque huius vitæ militæ typus est, quæ sub palma crucis cōtemplando habitat, & ad prælium aduersus vitia obliuiosos prouocat, & piè laborando, de hostibus Dei gloriosam victoriā reportat.

Si autem hæc vita in altera foemina regia, & in altera gubernatrice populi depicta est, non erit mirabile, si etiam in muliere forti signetur. Quæ enim regnat, quæ populos regit, quæ multitudini præficitur, non debet esse mollis, & tenera, sed instar vitorum fortis, atque robusta. Eius igitur tertia imago inter foeminas est illa virilis, & fortis mulier, cuius raritatem describens Salomon, ait, Mulierem fortem, quis inueniet? procul, & de vltimis finibus pretium pius.] Hæc mulier (vt nobis quidem videbatur) eius animæ, quæ vitam militam profitetur, proprietates ad eodē propriè & manifestè representat, vt nihil, quod ad eius præstantiam exprimēdam requiratur, aut obscurum, aut intactum prætermittat. Nam ista anima mulier est maritata, vel vxor (vt ex sequentibus verbis huius carminis constat) Quæ enim actibus vitæ labores admittit, ancilla est sedula, atque fidelis, & quæ vitæ contemplatiuæ tranquillitatem exquirat, filia est pulchra, & delicata: Quæ verò vitam militam amplectitur, vxor est Christi; ipsum namque cōtemplationis stringit amplexibus, & verbo doctrinæ ei filios gignere cōsue-

nit. Est etiam vxor fortis: scit namque mundana cōtemnere, dæmones vincere, magna opera in animarum conuersione perficere, & pro his laboriosa, imò & aduersa, tolerare. Est inuentu difficilis, quoniam multi sunt in Ecclesia, qui bonis actionibus vacent, & non pauci, qui orationi & quieti se tradant, at paucissimi sunt, qui actionis & contemplationis ex æquo donum accipiant. Hoc habuit Paulus, hoc cæteri Apostoli, hoc sanctissimi Pontifices, & doctores clarissimi Ecclesiæ receperunt, nunc autem rari sunt admodum, qui sciant hæc duo perfectè coniungere, & actionis ac contemplationis simul perfectionem comparare. Hanc igitur animam quis inueniet? Profectò si qua religio talem in se animam inueniret, deberet eam omnibus vnionibus, & gemmis, quantum vis incomparabilis valoris, præferre: Quia vna sola magis prodest fidelibus populis, quam multæ aliæ, quæ, aut sibi ipsis vacantes, aut solis externis occupationibus, sine orationis dono laborantes, solent Ecclesiæ proficere. Sed qualis est dilecta hæc Domini? Ex quibus valebimus illam agnoscere? Certè tam pulchra est, tam splendida, tam fecunda, tam omnibus fructuosa, vt nullo negotio ab vniuersis possit agnosci.

Verum eius qualitates, hoc Salomonis carmen satis euidenter declarat. Non enim dubium est, quin omnia mulieris fortis elogia animæ vitam militam colenti, facillimè accomodentur, sed illud præcipuē. Quæ sicut lanam, & linum, & operata est consilio manuum suarum.] Si enim lana, carnale aliquid, (vt ait Augustinus) linum spirituale significat, quia in ordine vestimentorum interiora sunt linea vestimenta, lanæ verò exteriora: Quid erit lanam, & linum querere, nisi externa pietatis opera, & contemplationis interna, in quibus exerceatur, inquit, et re? Et quid erit operari consilio manuum suarum, nisi in his duobus ministeriis, non coactam, sed voluntariam, tota mentis contentione laborare? Illud quoque; De nocte surrexit, deditque prædam domesticis suis, & cibaria ancillis suis,] Nam re vera in nocte quietis lectulum deserit, & ad orationem, ad gemitus, ad lacrymas surgit. Ibi quasi paupercula à ditissimo rege elemosinas doctrinæ impetrat, quas fidelibus postea distribuat. Hæc autem doctrina non incongruè præda & cibus appellatur, cibus, quia ea fidelis populus sustentatur, præda verò, quia non simpliciter postulatur, sed vi, & potentia precum, quasi de manu Domini eripitur. Illud deinde Manum suam milit ad fortia, & digiti eius apprehenderunt fufum.] Manus mittit ad fortia, cum in contemplatione posita, pro animarum salute magnos labores amplectitur voluntatis affectu, & digitis apprehendit fufum, cum id quod secum habitans mente concepit, suo tempore opere præstat. Neque enim sufficit magna statuere, si non in opus prodeant, & executioni mandentur. Quod optime docuit Augustinus, hanc eundem locum explanans. Diligenter (inquit) attende in lanificio duo iumenta, colum, & fufum: In colo, lana inuoluta, quæ filo ducenda transeat in fufum. Quod in colo inuolutum est, adhuc in sinistra, & nondum in fuso est. Quod in fuso collectum est, iam præteritum est. Opus ergo tuum in fuso sit, non in colo. In colo enim est, quod facturus es, in fuso, quod fecisti. Vnde ergo si habes aliquid in fuso, ibi enim firmantur brachia tua, ibi erit fortis constantia tua, ibi securus Deo dices: Da, quia dedi, dimitte, quia dimisi, sic, quia feci. Hæc ergo anima, manibus apprehendit fortia, & digitis fufum, cum bona faciēda mente

Exod. 17.
11.

Amb. lib.
de viduis.

Orig. lib.
5. in lib.
iudic.

Proh. 31.
10.

Aug. ser.
217. de
tempore,
10m. 10.

Aug. s. d.
pra.

proponit, & data opportunitate, opere, quod pro-

posuit, exequatur. Illud præterea. Non timebit domui suæ à frigidibus niuis: Omnes enim domestici eius vestiti sunt duplicibus.] Quæ domui suæ, hoc est, familiæ suæ non timet à frigidibus niuis, haud dubium quin nec sibi ipsi timebit. Induta est duplici vestimento, duplici nimirum Dei, & proximi dilectione. Illam cõtemplando facit, hanc operando, & laborando composuit. Nam Dei amor oratione, & deuotione nutritur, amor verò proximi bonis operibus, eius gratia præstitis, roboratur. Has duas vestes, suis domesticis tribuit, quia omnes familiares suos ad vitæ suæ similem, cum ostensione tantæ pulchritudinis, cum sermone, & exhortationibus allicij. Quibus illi decenter induti, nec frigora, ne niues pertinescunt. Vestimenta enim ista, ignea sunt: quid igitur mirum, si frigus tepiditatis erga Deum arceant, & erga proximos niuem auertionis propellant? Ex hoc autem manifestè conspicitur, huic animæ quàm aptè conueniat, quod statim sequitur, Stragulatam vestem fecit sibi, bysso & purpura indumentum eius.] Tria namque indumenta hoc loco mihi significari videntur, alterum puritatis ex bysso, alterum charitatis ex purpura: tertium stragulum, hoc est, vniuersarum virtutum varietate contextum. Induit se bysso, quia Deo per orationem ignitam debet appropinquare, qui cum sit sanctitatis origo, nisi puritate vestitam ad se venire non sinit. Induit se purpura, quia eius curæ commissum est proximis subuenire, quod fructuosè faciet si purpura se charitatis circumdet, exuatque omne studium vanitatis. Induit se veste variegata, quoniam in his duobus, puritate, & charitate, omnis continetur summa virtutum.

Illud tandem optimè in istam animam quadrat, Fortitudo, & decor indumentum eius, & ridebit in die nouissimo.] Eisdem enim vestimentis, quibus dilectus suus sponfus induitur. De sponso quippe dictum est in Psalmis: Dominus regnauit, decorem indatus est: indutus est Dominus fortitudinem.] De sponfa verò: Fortitudo, & decor indumentum eius. Induit decorem, quoniam in se, & in alijs, quos ad virtutem instruit, sanctitatem cupit, puritatem amat, perfectionis vias, non sola, sed multis circumdata, à peccatis abductis, ambulare curat. Induit fortitudinem, quia pro assequatione perfectionis propria, & aliena, tentationes, & persecutiones, non tantum patienter, verum & hilariter perfert. Imitatur quidem sanctam Ecclesiam, cuius ipsa ratione vitæ, quam agit, est pars selectissima. De qua hæc scribit Beda: Fortitudo indumentum eius ad tolerandâ peruersorum improbitatem, decor ad exercendâ virtutum gratiam. Decor, quia operatur iustitiam, fortitudo, quia persecutionem patitur propter iustitiam.] Non satis est huic animæ inter tot aduersarios consistit, vt decorem induat, nisi etiam se virtute circumdet. Nam si non sit in ea virtus, & fortitudo, quæ puritatem tueatur, facile aduersarij decorem diripient. His autem indumentis ornata ridebit in die nouissimo,] gaudebit namque in retributione regni cœlestis, quæ doluit in impugnatione vitæ præsentis. Tunc illud in se ipsa videbit impletum. Beati, qui nunc fletis, quia ridebitis.] Et illud: Os veracium (eorum scilicet, qui vita, & doctrina veritatem prædicauerint) implebitur risu.] Et rursus illud. Beati, qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est regnum cœlorum.] Verè, ô anima sancta, quæ hanc vitam delegisti, & secundum illam tuas actiones componis, multa filia congregauerunt diuitias, sed tu supergressa es vniuersas. Filia

enim sunt, quæ vnam tantum vitam, vel actiuam, vel contemplatiuam sectantur, & istæ non dubium quin magnas diuitias spirituales congregent, quas in æternum possidebunt. Sed tu (si statum, quem habes spectemus) eas supergredieris, dum vtriusque vitæ merita in vnum institutum congeris, & ex abundantia amoris Dei, proximorum vtilitatem inquiris. Quàm nobilis igitur est vita, quæ tres istæ mulieres representant; vna regina, altera prophetis, & populi gubernatrix: tertia fortissima, & inter sæculi procellas, & tentationes inuicta. Meritò sanè eâ dileximus, cæterisque prætulimus, quam verus Salomon edocet, sui populi ducricem facit, & tamquam sponfam sibi charissimam proprio ore colaudat.

Quid vita mista fuerit in animalibus Ezechielis præsignata.

CAPVT XX.



Is imaginibus vitæ mistæ, quatuor Ezechielis animalia finem imponat: in quibus, qualis esse debeat eorum institutio, qui vitam ex actiua & contemplatiua compositam amplectuntur, non minus clarè quam copiosè describitur. Et quidem quatuor illa animalia, non tantum quatuor Euangelistas indicasse, sed in eis Euangelij quoque prædicatores significasse (qui omnes citra dubium vitam mistam debent profiteri) Beatus Gregorius constanter affirmat. Quid enim (inquit) per quatuor animalia, nisi quatuor Euangelistæ signantur? Nec immeritò per Euangelistas quatuor perfectorum omnium numerus exprimitur, quia omnes, qui in Ecclesia modo perfecti sunt, perfectionis suæ rectitudinem per eorum Euangelium didicerunt. Hunc ergo Beatissimum Doctorem sequentes istam visionem de vitæ mistæ professoribus explicamus, in qua eorum quisque perfectissimam effigiem sui instituti cõspiciet, & qualis esse debeat, si sibi ipsi deesse nolit, manifestissimè inueniet. Facta manu Domini super sanctum istam prophetam, vidit ventum rapidum, ac turbulentum venientem à Babylonia, & nubem densam, tenebrisque circumfusam, à vento ipso raptatam, ignemque nubem ipsam inuoluentem, ac circumdantem, à quo splendor egrediens, nubem cingebat, ac circumuallabat: atque de medio ignis speciem purissimi electri apparentem, seque oculis ostentantem. Et statim; Et in medio eius, scilicet in medio ignis (vt exponit Hieronymus) visa est à me similitudo quatuor animalium:] Quatuor ista animalia (vt dicere cœpimus) prælatos, verbi Dei seminarios, & vno nomine, vniuersos, qui in salutem animarum incumbunt, spiritualiter indicant. Qui non animalia, quæ vilia & terrestria sunt: sed animalium similitudines appellantur, quoniam licet instar animalium, in mundo viuant, rebus ad vitam sustentandam necessarijs indigeant, & inter peccatores, & mundanos conuersentur, tamen desiderijs, & operibus, non animalia sunt, sed Angelis, ac cœlestibus spiritibus annumerantur. Vnde possunt rectè cum Paulo dicere: In carne ambulantes, non secundum carnem militamus. Nam arma militiæ nostræ, nõ carnalia sunt, sed potètia Deo.] Hi inter turbines, & tempestates, inter caligines nubium, & flamas ignium venire dicuntur, quia non in solitudine, sed inter mundanos vitam agunt, à quibus sæpe persecutiones inflant iniurias, contumelias, & subnationes

3. ser. 1. de parr. 1. 10.

psal. 92. 1.

Beda in prou. c. 31.

Luc. 6. 21.

Matth. 5. 10.

Greg. lib. 2. in 27. Ezechiel.

Ezech. 1. 5. Hierony. ibid.

1. Cor. 10. 3.

2. Cor. 7.
5.

Isid. cap.
11. 24. 4.
25.

Philipp. 2.
6.

Execl. 1.
6 & 7.

Greg. 55.
3. in Eze-
chielem.

patiuntur. Audi quemdam istorum sanctorum animalium (Paulu intelligo) suas tribulationes enarrantem. Nam cum venissemus in Macedoniam, nullam requiem habuit caro nostra, sed omnem tribulationem passi sumus, foris pugnae, intus timores.] Perpende, quam miserabiliter eum ventus turbinis iacet, & nubes minarum, atque timorum, & vorax ignis adurat. A Iudeis (inquit) quinquies quadragenas, vna minus, accepi. Ter virgis caesus sum, semel lapidatus sum, ter naufragium feci, nocte, & die in profundo maris fui.] Sane animalia ista, aut homines isti perfecti inter ignes, & turbines veniunt, quia in persecutionibus viuunt. Mundani eos tamquam suorum peccatorum populatores detestantur, tepidi, & segnes, tamquam locordiae reprehenses contemnunt, imperfecti, aut non ad tantam perfectionem vocati, tamquam temerarios, & audaces irident, vt tartarum tribulationum igne examinati, puriores fiant, & fideles inueniantur, ac stabiles.

Et hic aspectus eorum, similitudo hominis in eis.] Quis est hic homo, cuius in mysticis animalibus similitudo conspicitur, nisi Dominus Iesus Christus? De quo scriptum est, Qui cum in forma Dei esset, non rapinam arbitatus est, esse se aequalē Deo, sed semetipsū exananiuit formā serui accipiens, in similitudinem hominum factus, & habitu inuentus, vt homo.] Sancta quippe animalia non essent, si huius hominis Dei similitudinem non haberent. Et quidquid humilitatis, & mansuetudinis, quidquid sapientiae, & puritatis, quidquid amoris, & zeli possident, hoc ab omnis sanctitatis fonte, ab omni que perfectionis origine, scilicet à Christo docente, & tribuente, percipiunt. Christi ergo similitudinem induunt, quia eum in omnibus operibus imitari nituntur, capitis sui charitatem, suauitatem circumspeditionem, zelum, & alias virtutes sectantur, vt homines ei similes per imitationem facti sunt in conuersatione irreprehensibiles, & in actione efficaces. Quatuor facies vni, & quatuor pennae vni. Pedes eorum pedes recti, & planta pedis eorum, quasi planta pedis vituli, & scintillae quasi aspectus aeris candentis.] Hae sancta animalia facies, & pennas, & pedes habent. Facies ad Dei cognitionem, penna ad amoris affectum, & pes ad actionem refertur. Vnde ita Deo cognitione & amore iunguntur, vt tamen actionem non deserant, & ita actioni vacent, vt tamen lucem cōtemplationis, & suauitatem amoris non derelinquant. Pedes autem eorum recti sunt, & instar pedum vituli efformati; qui & graues sunt, & fortes, & vngulam habent diuisam, vt ipsi animarum ministri suorum operum intelligant qualitates, si facies, & pennas, hoc est, cōtemplationis donum nolunt amittere. Debent namque seruare maturitatem in opere, fortitudinem in perseuerantia, & diuisionem vngulae in discretione. Vt enim (inquit) Gregorius: Non facile praedicationis eius accipitur, si leuis in moribus esse videatur. Et nulla erit maturitatis ostensio, si contra aduersa omnia non adfuerit operis fortitudo. Virtutis autem meritum, ipsa fortitudo operis amittit, si discretio in intellectu non fuerit.] Nec otiosè dictum est has operum qualitates ab eo esse tenendas, qui cupit cōtemplationis donum nō perdere: quia Dominus nullo modo illum suo alloquio dignabitur, qui, aut in bono opere leuis est, aut in eo quod cepit inconstans, aut minus in seruando actionis modo discretus. Et forte pedes isti scintillae euiברה dicuntur, vt eorum pulchritudo mōlstreretur. Pulchrae enim sunt praedicatorum actiones, quas maturitatis, fortitudinis, & discretionis decor exornat.

A Conspicuae sunt, quasi scintillae aeris candentis, qui in hunc finem tendunt, vt fidelium corda, tum illuminent, tum accēda nt. De his spiritalibus pedibus dixit Isaias. Quam pulchri super montes pedes annunciantis, & praedicanis pacem: annunciantis bonum, praedicanis salutem, dicentis Sion: Regnabit Deus tuus.] Super montes ambulantes pedes annunciantium Euangelium Dei, quod cum bonum nuncium sit, nomine pacis, boni, & salutis intelligitur, quia omnem humanam altitudinem vincunt, & vniuersarum virtutum sublimitatem conscendunt. Et ideo speciosi sunt. Quid enim speciosius, quam actione, non solum pulchritudinem virtutis tenere, sed etiam orbem vniuersum illustrare?

B Et manus hominis sub penus eorum.] Manus, vitam actiuam, & penna, cōtemplatiuam significat. Quid igitur erit ista sacra animalia habere manus sub penis, nisi opera vitae actiuae, nō impetu naturalis appetitus effundere, sed discretione cōtemplationis dirigere, & in principium omnis boni, nimirum in Deum, reuocare? Manus hominis sub penis abscondere est illud Salomonis obseruare. Oculi tui recta videant, & palpebrae tuae praecedant gressus tuos.] Hoc est, (vt exponit Beda venerabilis) iter iustitiae, quo ingredi debeas, diligenter edifice, & in cunctis, quae agere disponis, sollicitus ad quem sint finem ventura, prauide. Hoc est enim palpebras recta, videntium oculorum, tuos praecedere gressus, bonum opus, quod acturus es, sedula cogitatione praenire, & quid secundum Deum sit, meditando prauidere.] Cum sic manus sub penis sunt, tunc erunt in quatuor partibus, quia vinea Domini cultor, generale desiderium in se sentiet omnibus proficiendi, neque huic, aut illi generi hominum suum minitellium alligabit. Qui enim hos (exempli gratia) nobiles ac diuites, libenter iuuat, & alios, nimirum plebeios & pauperes, moleste suscipit, nondum habet manus sub penis, quia non ratione se regit, sed naturae procliuitate se ducit, qua nō tam animatum salutem, quam inanem applausum, & vanum honorem inquit. Iste non habet, sicut sancta animalia, manus in quatuor partibus, quia in vnam tantum partem inclinatus, ei prodesse cupit, reliquas vero, ac si nullius essent momenti, contemnit. Cui est contrarium dicemus. Da partes septem, nec non, & octo, quia ignoras quid futurum sit mali super terram.] Hoc est neminem à commercio tuorum laborum excludas, cum nescias mala, scilicet tentationes hominibus euenturas, quae si diutem forte prostrauerint, pauperculum in bono perseuerantem habebis per tui laboris industriam, in quo tamquam in filio sapiente gloriaris.

C Et quid amplius boni percipiunt ex manibus sub penis constitutis: Certè illud iuncta: quae erant pennae eorum alterius ad alterum.] Iunctae pennae, pacis ac concordiae indices sunt. Mutuò se constringunt (inquit Gregorius Nazianzenus) propter societate, & concordiam. Quia ex eo quod praedicatorum virtus, ac sapientia oratione regitur, sit profectio, vt non inuicem se mordeant; non hic alterius bonum nomen, & auctoritatem eleuet, sed artificio charitatis vinculo societur. Ad hanc coniunctionem penarum, siue mutuum dilectionem, atque concordiam, ministros Euangelij Dominus exhortatur, dicens: Habete in vobis sal, & pacem habete inter vos.] Haec index est verae & illibatae sapientiae. Na quae de sursum est sapientia, primū quidem pudica est, deinde pacifica.] Qui autem mutuo se ipsos odiunt, detractionibusque dilaniant, mūdana sapientia potius tument, & actionum manus, non sub penis sanctae

D

1. 4. 52. 7.

Prou. 4.
25.
Bern. libr.
1. in pro.
ad c. 4.

Ecl. 11.
2.

Eccl. 11.
sup. Eze-
chielem.

Marc. 9.
49.
Iacob. 3.
17.



orationis ponunt, sed sub vitio propria gloria, & ambitionis abscondunt.

Est ne aliud, quod ex manu sub pena posita subsequatur? Sanè quod statim sanctus propheta subiungit. Non reuertebantur, cum incederent, sed vnumquodque ante faciem suam gradiebatur. Cum enim actiones suas ratione dirigant, & obstacula, quae impedire possent, consideratione praeueniant, non est cur eas deserant, & ad vitam otiosam, ac proximis inutilem reuertantur. Sciunt dictum esse à Domino. Nemo mittens manum suam ad aratrum, & respiciens retro, aptus est regno Dei. Et ideo stiuam aratri semel acceptam non deserunt, ne sicut vxor Loth, post se respiciens, in statuas salis conuersa, nec sibi ipsis, nec fidelibus prosint, sed tantum (vt ait Isidorus) sint condimentum aliorum, qui infelicitatem respicientium retrò, & suam vocationem relinquendum cognoscentes, vnde illi ceciderunt, ipsi saluentur, hoc est, sibi ipsis cauent, ne ob negligentiam, aut inconstantiam, simili castigatione puniantur. Ante faciem quoque gradiuntur, quoniam nec dum hac sorte contenti, qua à terrenis ad caelestia, à temporalibus ad spiritalia trāsierunt, semper in spirituali negotiatione maiora & perfectiora nituntur comparare virtutum augmenta.

At cum sanctus propheta, hucusque dixerit, vnūquodque istorum animalium quatuor faciebus consistare, neque earum figuras declarauerit, nemo profecto erit, qui istarum facierum lineamenta scire non appetat. Cui legentium desiderio, ipse satisfacit, dicens: Similitudo autem vultus eorum facies hominis, & facies leonis à dextris ipsorum quatuor, facies autem bouis à sinistris ipsorum quatuor, & facies aquilae desuper ipsorum quatuor. Talis esse debet minister Euangelicus, cui tractandam animarum cura committitur. Homo, qui sciat pusillis, ac miseris peccatoribus compati: Leo, qui nouerit aduersus peccata rugire, & comminationes diuinis terribiliter intonare: Bos, qui possit sollicitudinum onera sustinere: Et aquila, quae contemplando caelestia, valeat res terrenas effugere, & ad Deum sublimiter euolare. Alio modo istas perfecti hominis facies exposuit Gregorius. Omnis (inquit) qui in ratione perfectus est, homo est. Et quoniam semetipsum ab huius mundi voluptate mortificat, vitulus est. Qui verò ipsa sua spontanea mortificatione, contra aduersa omnia fortitudinem securitatis habet, vnde scriptum est: Iustus autem quasi leo confidens, absque terrore erit: leo est. Quia vero sublimiter contemplantur ea, quae caelestia atque terrena sunt: aquila est. Ambrosius aliter. Nam in omni sapiente viro (ait) prudentes Graciae esse memorauerunt, prudentiam, fortitudinem, temperantiam, atque iustitiam. Prudentia enim rationis humanae est, fortitudo vim quamdam ferocientis virtutis habet, mortisque contemptum: temperantia sacrata vinculo charitatis, mysteriorumque contemplatione caelestium, negligit corporis voluptates: Iustitia in alto quodam iugestu locata, videt, exploratque omnia, quae aliis potius nata, quam sibi, non tam suas utilitates, quam publica emolumenta rimatur. Meritoque anima operata iustitiam, formam aquilae accipit, quod terrena defugiens, totaque caelesti sublimis, & intenta mysteria, resurrectionis gloriam pretio aequitatis ad pascitur. Sed siue hoc, siue alio modo interpretemur, certum est, istas omnes virtutes praedicatoribus, & animarum ministris conuenire, quibus tamquam partibus vira perfecta componitur, & Deo grata, ac proximis utilis comprobatur. Verum non est silentio relinquen-

A dum, quare facies leonis à dextris, facies bouis à sinistris, & facies aquilae desuper esse memoretur. Existimare enim quod haec facierum distributio, mysterio vacat, nimis reputamus absurdum. Facies hominis prima se offerebat, & in primo prospectu vultus aspicientis erat, quia haec est veluti praecipua, & magis curandis animabus necessaria, praedicatoris virtus, humanitas, atque benignitas, quae peccatores alliciat, & ad quaerendum à tam pio patre remedium inuitet. Facies leonis erat à dextris, quia incrementationes ea prudentia, & circumspectione debet esse condita, vt felicem successum in dextera signatum, accipiant. Facies bouis à sinistris, vt cum aliquid sinistrum, vel aduersum acciderit, ibi sit fortitudo vituli, quae impositum onus non deserat, & aduersitates pro fratrum salute sustineat. Facies verò aquilae desuper apparebat, nam diuinorum contemplatio, & recursus ad Deum, omnibus aliis debet eminere, benignitatem dirigere, aduersitati se opponere, & increpationem temperare.

B Longum esset omnes proprietates horum sanctorum animalium sigillatim discutere, reliqua breuiter percurramus. Facies eorum & pennae eorum exte-
ta desuper. Quod dicit: Et facies eorum (inquit Richardus de sancto Victore) defectiua oratio est, quasi dicat: Et facies eorum, in hunc modum erant, & pennae eorum exte-
ta desuper illas facies. Pennae igitur exte-
tae erant, quoniam omnis contemplatio Sanctorum, non in aliquem distortum finem, sed super omnia terrena in Deum tendit, vt sic adipisci valeat, quod in caelestibus appetit. Duae penae singulorum iungebantur, & duae tegebant corpora eorum. Pennae exte-
tae desuper, & inter se iunctae, sunt amor, & spes, exte-
tae sunt, quia iustorum corde ad aeterna amanda, & speranda sustollunt: & iunctae sunt, quia caelestia, quae amant, eadem se consequi sperant. Penae verò tegentes corpora sunt, timor, & dolor, quae imperfectiones in bonis operibus factas, diluere ab oculis Dei omnipotentis abscondunt. Timere enim propriam imbecillitatem, & maculas inde ortas deflere, quid aliud est, nisi peccati corpus cooperire: Sicut in Psalmo legimus. Beati quorum remissa sunt iniquitates, & quorum recta sunt peccata. Vide sanctum illud animal, quod superius in medium protulimus, primis duabus amoris, atque spei alis euolantem. Mihi (inquit) viuere Christus est, & mori lucrū. Magnus amor! Et Salvatorem expectamus Deum nostrum Iesum Christum. O ingēs fiducia? Vide eundem duabus aliis pennis, timoris, & doloris, corpus suum operietem. Castigo corpus meum, & in seruitutem redigo, ne forte cum aliis praedicauerim, ipse reprobus efficiar. O mirabilis trepidatio! Ego minimus Apostolorum, qui non sum dignus vocari Apostolus, quoniam persequutus sum Ecclesiam Dei. O vera, & humilis poenitentia! Verè duabus pennis volant, & duabus corpora contegunt, qui instar Pauli, caelestia diligunt, & appetunt, & terrenos actus, sancto timore, & poenitentia liuare contendunt.

E Vnumquodque eorum coram facie sua ambulat, nam propriam vitam sollicitus aspicit, & quantum quotidie in bonis crescat, aut fortasse quantum in bonis decrescat, diligenter examinat. Vbi erat impetus spiritus, illuc gradiebantur. Sacra ista animalia, non ductum carnis suae, aut prauarum affectio-
num, sed spiritus sancti motum sequuntur, aut rationis lumine, aut sapientiae splendore, aut legibus Ecclesiae, aut obedientiae iussis declaratum. Cum ambulant, non reuertuntur, quia ad occupationes saeculares, quas semel reliquerunt, minime

52.7.

4.4.

libr. prou. 4.

11.

in 101. 220.

30.

3.

Luca 9. 62.

Isidor.

Greg. 16. 4. in Ezechielem.

Prum. 28. 1. Ambros. 3 de virgin longo ante finem.

Richardus in exposit. li. huius visionis.

Psal. 31. 1.

Philipp. 2. 21. Philipp. 2. 20.

1 Cor. 9. 29. 1 Cor. 15. 9.

Isidor. 3.
sent. c. 15.
num. 10.

redeunt. Aspectus eorum quasi carbonum ignis ardentium, & quasi aspectus lampadarum. Nam ad se accedentes, luce veritatis illuminant, & exemplo sanctitatis inflammant. Hæc est visio discurrens in medio eorum, splendor ignis, & de igne fulgur egrediens. Splendor ignis spiritus diuinus est, qui in istorum cordibus commoratur, & desideriorum fulgura iactat. Et ea, quæ ad vana, & secularia non redeunt, eunt, & reuertantur, quia iam ad secreta contemplationis properant, iam ad labores actionis festinant, nunc charitatis zelo permoti, nunc carnis propriæ imbecillitate coacti. Vnde Isidorus: Visio animalium in Ezechiele, quæ ibant, & non reuertebantur, pertinet ad vitam actiuam perseverantiam, & iterum, ea animalia, quæ ibant, & reuertebantur, pertinent, ad contemplatiuam vitam mensuram, in qua dum quisque intederit, sua re-

uerberatus infirmitate reflectitur, atque iterum renouata intentione ad ea, vnde descenderat, rursus erigitur. Eunt, & reuertantur, non vtrumque, sed in similitudinem fulguris coruscantis. Nam in nocte huius vitæ, non segniter, sed ardeat feruore spiritus contemplationis suauitatem, & actionis fructum exquirunt. Hæc omnia satis copiose, & prolixè prosequitur Sanctus Gregorius. In his igitur animalibus Apostolicum institutum adumbratum est, quod ex vtraque vita, actiua, & contemplatiua coalescens, in aliam vitam multo præstantiorem, & duas priores comprehendentem euehitur. Cuius perfectio, neque est solum bona opera facere, neque solum in Dei contemplationem incumbere, sed vtrumque munus perfectè, cum malatèque præstare. Et de harum vitarum imaginibus dictum sit satis.



PARS TERTIA

De substantia, fine, & officio vitæ actiuæ.

IAM à figura ad rei substantiam transitum facimus, vt tres vitas spirituales actiuam, contemplatiuam & mistam in se ipsis declaremus. In qua tractatione primò substantia cuiusque vitæ consideranda est, deinde finis, in quem tendit, postea actiones, quarum præsidio finem consequitur, ac tandem ad quos quasi ex instituto qualibet istarum trium vitarum spectet.

In quo consistat vita actiua.

CAPVT XXI.



HACTENVS tres vitas spirituales vidimus per speculum, & in ænigmate, nunc easdem in se ipsis, & quasi facie ad faciem videamus. Nec timendum est, nobis euenturum, quod adolescentibus solet accidere, qui cum imaginem virginis sibi in coniugium promissa conspiciunt, quia mentitur venustatem, quam illa non habet, eius amore ac desiderio flammantur, at ipsius præsentiam, & copiam adepti, amor conceptus in tepest, quoniam minorem pulchritudinem, eaque agresti ingenio, prauisque sedatam moribus inuenerunt. Hoc, inquam, non eueniet nobis, quoniam cum istarum vitarum facies viderimus, earumque consuetudinem acquiserimus, sine vlla comparatione, maiorem, tum morum suauitatem, tum præsentiam venustatem, reperiemus, quam imago, licet culta, & formosa, non attigit. A vita ergo actiua incipiendum est, quia prior est aliis, & ordine temporis, & consequendi desiderio. Prius enim hæc appetenda, & querenda est, quam Deus fecit veluti primum gradum scæle cælestis, & quasi totius vitæ spiritualis infantiam, sine qua, nullus, neque ad vitam contemplatiuam iuentam, neque ad ætatem virilem mistæ vitæ, perueniet. Omnis enim spiritualis vita à susceptione Domini in proprium cor, sumit sui cursus exordium. Martha autem, quæ typus actiuæ vitæ est, Dominum hospitio suscepit. Maria verò, quæ vitam contemplatiuam signat, ad pedes Domini, iam in propriam domum admissi prouoluta, quiescit. Vnde optimè Bernardus: Sed prior natu

Luc. 10.
39.
Bern. ser.
3. de as-
sumpt. in
principio.

A Martha videtur, & salutis initium sibi magis actio, quam cõtemplatio noscitur vèdicare. Laudat Christus Mariam, sed à Martha suscipitur. Amat Rachel Iacob, sed Lia supponitur ignorantia. Si de stude queritur, audiatur, non esse consuetudinis, vt iuniores prius tradantur ad nuptias. Quod si luteam hanc cogites domum facile erit nosse, quemadmodum in ea Dominum Martha magis excipiat, quam Maria. Quod enim ait Apostolus: Glorificate, & portate Deum in corpore vestro, Martha dicitur, non Maria. Hæc nimirum corporis vtitur instrumento, cum illi potius sit impedimento. Denique corpus, quod corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitatem. Nūquid & operantem? Martha igitur in domum suam excipit Saluatorem in terris; Maria potius cogitat, quemadmodum suscipiatur ab eo in domo non manu facta, æterna in caelis. Ex quo liquet, primo loco vitam actiuam in tractationem esse vocandam, quæ in cœlum properantibus hospita primò se offert, atque hilari vultu, & serena facie eos in domum suam excipit.

C Actiua igitur vita est, illud vitæ spiritualis institutum, quo homo studiosis actionibus ex professo vacat, vt se ad contemplationem veritatis, & amoris perfectionem disponat. Hæc enim vita (vt ipsum nomen præ se fert) actionem respicit, illam scilicet, quam philosophi praxim appellant, cum verò actio praua ad eam non pertineat, quippe quæ cum vita spirituali nihil commercij habet; manifestum est, quia studiosis tantum actionibus vacat ex virtute profectis. Has autem ex instituto suscipit, vt homo se ad contemplationem præparet. Siue, quia re vera hunc finem in omni externo opere sibi præsi

Genes. 29.
26.

1. Cor. 6.
20.

Sapient. 9.
15.

præsi